Aduocat⁹ eſt qui poſtulat in iudicio preſente ſuo clientulo. ſed pcurator q̃ eo abſente pponit. ⁊ dr̃ pcurator qui de mãdato dñi aliena iudicia miſtrat. ff. de pcu. l. j. ⁊ Panor. ſup rubrica de pcuratorib⁹ extra. li. j. Eſt aũt poſtulare deſideriũ ſuum vel amici ſui in iure apud eũ qui iuriſdictõi pẽſt exponere vel alteri⁹ deſiderio ptradicere. iij. q. vij. c. Infames. ⁊ ĩ glo. extra de poſtulando. c. Cum ſacerdotis. ver. Poſtulare.

Aduocati eſt ius publicũ vl' puatũ defendere. Unde ⁊ milites dicunk. ⁊ in iure ĩ multis locis puilegiank vt milites. C. de aduocatis diuer. iudicioꝝ. l. Aduocati. Uñ ⁊ ſic acqſita nõ acqrunt pri. ſic̃ dic̃ Panor. extra de poſtulãdo. c. Cũ ſacerdotis. Ibidem latius.

Aduocat⁹ nõ debet aſſumere cãm iniuſtã C. õ iudicijs. l. Rem nõ nouã. ⁊ Panormi. extra de poſtu. c. Cuꝫ ſacerdotꝫ. Uñ ẽm Thomã. ij. ij. q. lxxj. ar. ſcienk defendens cauſam iniuſtã tenek parti aduerſe ad intereſſe: quãto ei⁹ pcinio vel cõſilio fuerit damnificata Et ſi pmo credit iuſtã cauſam: ſed in pceſſu cognouerit in iuſtã tenek cedere. ⁊ ad ceſſionẽ vel cõeꝫ cõpoſitionẽ ſuũ clientulũ inducere ſine aduerſarij damno tenetur alioquin reſtituere. vt ſupra. Non tamẽ debet ſue ptis cauſam pdere. ⁊c̃. Hec Thomaſ. Et habetur. C. de iudicib⁹. l. Rem non nouam. q: quandocũqꝫ aduocatus cognouerit cãm ſui clientuli non iuſtam. tunc

tenetur eam deſerere ſiue in ꝑncipio ſi-
ue in pceſſu. vt ibidem. Nec alius aduo
catus debet illi ſubrogari. Itē Gregori.
in conſtitutōe que incipit. Properandū
extra de poſtulando idem ponit. adijci-
ens ꝙ alioqn amoueri dꝫ ab officio.

Aduocatus pcax ⁊ verbis pbris litigare
ſtudens: ꝑ iudicē remoueatᷣ ⁊ ſue opinio
nis detrimentū patiatᷣ. xxx. q. vij. ca. In
fames. in. §. Si quis adeo. C. de poſtu
la. l. Si quis.

Aduocatus non debet cū ſuo cliētulo pa
ciſci de certa pte litis ſibi vel ſalariū ma
gnū petēdo. iij. q. vij. infames. ⁊. §. ſi qs.

Aduocatus in eadē cauſa aſſeſſor vel iu-
dex eſſe nō debet. vn̄ recuſari pōt tāꝗ ſu
ſpectus. extra de appel. c. Poſtremo. Iū
cta glo fi. et. C. de poſtulā. l. Si qs. Et
C. de aſſeſſoribus. l. Nemo. vbi circa fi
nem dr. ne aduocationis ſue memor in-
corrupti iudicis nō poſſit nomē ꝑferre

# Adulatio

qn̄ꝙ ē pctm̄ veniale qn̄ꝙ ꝟo mortale. di. xxv. §. Alias. in glo. xi. q. iij. Ueq̄ dicitꝫ

Adulator compatᷣ homicide. xi. q. iij. Ne
mo peritorum.

Adulantes peccatoribꝫ ponūt puluillū
ſub capite. di. xlvi. Sunt nōnulli. Gre-
gori⁹ in moralᷣ. Et peccant mortalitᷣ. di
cendo malū bonū. fouendo peccatorem
ī pctis. dūmodo maluꝫ tale mortale ſit.
ſm glo. vi. q. i. Sūt plurimū. ⁊ diſ. xlvi.
Sunt nōnulli. ſecus ſi malū ſit veniale
tunc et adulatio venialis eſt. diſt. xxv. §.
Alias. diſ. xlvi. Clericus qui.

Adulatᷣ qs tribꝫ modis. vel attribuendo
alicui bonū qḋ nō habet. vel nimium ex
tollendo bonū quod habet. vel approbā
do malū qḋ habet. ⁊ h̄ eſt mortale. Hic
xi. q. iij. Ue qui dicitis. Hec glo. di. xxv
§. Alias. ꝟ. Adulari.

# Adulterantes

verbuꝫ dei ſunt q̄ predi
cando tpalia q̄rūt. ⁊ tales loquuntᷣ pla-
centia. ij. q. vij. Secuti.

Adulter debet gladio puniri. C. ad. l. iu
liā. de adulterijs. ⁊ ſtu. l. Quamuis.

Adultera licet olim etiam fuerit gladio
punienda: hodie tamen verberata debꝫ
detrudi in monaſterio. ⁊ poſt triennium
viro reconciliari. e. l. Sed hodie.

Adulteri ſunt infames. vi. q. i. Infames.

Adulterium eſt alieni thori violatio. vn-
de dicitur adulterium quaſi ad alienuꝫ
thorum acceſſio. xxxvi. q. i. §. Cum ergo

Adulterium viri grauius eſt ꝙ̄ mulieris
quia ipe virtute regere debet mulierem
xxxij. q. vi. Indignentᷣ. Auguſtinus de
adulterinis coniugijs. ⁊ vir eſt caput et
ꝑcedere debet. e. Non mechaberis. Au
guſtin⁹ de decē cordꝫ. Richard⁹ in. iiij
diſ. xxxv. q. iiij. dicit. ꝙ̄tū ad ſimplicem
fornicatōem vir grauius peccat. qꝛ in eo
magis viget vſus rōnis. tn̄ omnibꝫ pen
ſatis adulteriū mulieris grauius eſt. q̇a
magis ꝯfundit virū ꝙ̄ ecōtra. ⁊ qꝛ magꝫ
leditᷣ matrimonium. et quia cauſatᷣ plis
incertitudo. inquātū tamē vir eſt rector
mulieris. ipius viri adulterium grauius
eſt ſcḋm quid.

Adulterium viri et mulieris equalitᷣ pu-
nitur. infra. Coniugium par.

Adulterans vir non poteſt vxorem adul
teram dimittere. nec econuerſo. xxxij. q.
vi. per totum. extra de diuorcijs. c. Si-
gnificaſti.

Adulteram dimittens non poteſt ipa vi
uente aliam ducere. ⁊ ſi duxerit ſeparen
tur. et non obſtante ſentētia diuorcij ad
inuicem redire compelluntur. extra de
diuorcijs. c. Ex litteris. quia paria deli
cta mutua cōpenſatiōe tolluntur. di. c. ⁊
xxxij. q. vij. per totum.

Adulterium vxoris vir accuſare non po
teſt in ſeptem caſibus. ſcilicet. Si ꝯſtat
ipſum fuiſſe fornicatuꝫ. xxxij. que. vi. Ni
hil iniquius. Auguſtinus de ſermo. do
mini. extra de diuorcijs. ſca. Signifi-
caſti. Item ſi vxor fuerit vi oppreſſa. xxx
ij. q. v. Ita ne. Auguſtin⁹ de ciuitate di.
Item ſi credidit maritū mortuum. xxx-
iiij. q. ij. Cum per bellicam. Item ſi al-
ter ſub ſpecie mariti eam cognouit. xxx-
iiij. que. ij. In lectum. Item ſi vir dedit
ei occaſionem fornicandi. i. ſi adulterā-
dam tradidit. extra de eo qui cognouit.
c. Diſcretioni. Itē ſi maritus poſt adul-
terium tollerauit eam. argumentū. xxx-
ij. q. i. Si quis vxorem. Item ſi adulte-
rata fuit ante baptiſmum. Extra de di-
uorcijs. c. Gaudem⁹ hec i. gl. xxxij. q. vi.
In ꝑncipio. q.

Adulterā vxorem dimittere nolēs patro
nus eſt turpitudinis. quia crimen celat
xxxij. q. j. Sic crudelis. Gloſa. ſi tñ non
vult penitere. vt extra ꝺ adul. c. Si vir
Nā ſi adulterij ſuſpitio ī vxorē cadit vir
eam accuſare pōt. extra. e. c. Maritiſ. c
Intelleximus. Et intelligiť ꝺ notorijs.
Nō eñ tenetur eam dimittere: ſed eccle
ſie denūciare crimē ſiue occultū ſiue no
toriuꝫ. dū tamē probare poſſit. ⁊ hoc ad
penitentiā vel ad diuorciū ſi vult. Con
ſulitur tamen ꝙ interim ei nō reddat de
bitū niſi iuſſus ꝑ eccleſiam. ne videať cri
men approbare. Sꝫ expellere eā non de
bet niſi publice moreť cum adultero. vel
ſit cōuicta per ſententiā. vľ ꝯfeſſa crimē.
xxxij. q. j. De benedicto. extra de adulte
rijs. c. Intelleximus. extra de diuorcijs
ca. Significaſti. hec glo. vbi. ſ.

Adultere poteſt maritus poſt ſententiaꝫ
recōciliari. xxxij. q. j. Quaūt. Si aūt no
luerit maritus. tūc ipa in monaſterium
detrudať ad ꝑagendā penitentiā ꝑpetu
am. extra de ꝯuerſi. cōiu. c. Gaudemꝰ.

Adulter nō poteſt ducere eam quā habu
it vxore viuēte. xxxj. q. j. per totū. habu
it diciť. ſ. ꝑ adulteriū. glo. in ꝓncipio di
cte cauſe dicit. ꝙ nulluꝫ crimen dirimit
matrimoniū cōtractū. niſi in duobꝫ ca
ſibus ſequētibꝫ infra.

Adulter non pōt habere eā vxorē cui vi
uente vxore fidem dedit ꝙ ipſa mortua
vxore ducere velit. ⁊ ſuꝑ hoc eaꝫ cogno
uit. Extra de eo qui cog. c. Cum habe
ret. Secūdus caſus. ſi alter coꝝ ſit ma
chinatus in mortē coniugis vt alteram
ducat. Et intelligiť machinatus cū effe
ctu. xxxj. q. j. Relatū. et extra e. ti. c. Si
gnificaſti. Tertius caſus ⁊ compħendiť
ſub primo. Si adulterā ſuam duxit ⁊ ei
cohabitauerit ꝯiuge altero viuente. tūc
ſeparenť ⁊ publice penitētie ſubdanť ſi
ne ſpe coniugij: ſi ſint ſenes. extra. e. c. cū
haberet. In ꝓdictis caſibꝫ dirimiť mřī
monium contractū. Hec in glo. xxxj. q.
j. Adulterio. infra. mřimoniū ꝯhendi

Adulteram notoriā etiam ſine iudicio ec
cleſie dimiſſam nō cogiť vir recipe: niſi
conſtaret etiā ipm adulterium cōmiſiſſe
Extra de diuor. c. Significaſti.

Adultera cuius machinatōe adulter eiꝰ
virum occidit: nō pōt illū habere in ma
trimoniū. etiā ſi ipm infidelem per hoc
ad fidem cōuerterit. Extra de cōuer. in
fideliū. c. Laudabile.

Adulterā tenens ſtultus ⁊ iniquꝰ eſt. xxx
ij. q. j. Dixit dñs

Adulter eſt omnis in ſuā vxorē ardētior
amator. Nihil eñ fedius ꝙ̄ vxorē ama
re vt adulterā. xxxij. q. iiij. Origo. Jero
nymus cōtra Jouinianū. glo. Adulť nō
reatu illiꝰ capitalis criminis. ſꝫ ſilitudi
ne adulterine libidinis. Nota ꝙ aliqs
cōmiſceť vxori cauſa ꝓlis vel reddendi
debiti: ⁊ nō peccat. ſed mereť. diſti. xiij.
Nerui. xxxiij. q. v. Si dicat. xxvij. q. ij.
Si tu. Vel cauſa incōtinētie et eſt veni
ale pctm̄. xxxiij. q. iiij. vir cū ꝓpria. Nam
hoc apľs. j. Coꝝ. vij. concedit ꝺm idul
gētiā. ⁊ excuſať a mortali ꝓpter nuptias
xxxij. q. ij. Quicquid. Vel cauſa explen
de voluptatis. ſic aliquādo eſt mortale.
Hec glo. xxxij. q. ij. Quicqd.

Adulter aliā ducens viuēte vxore. neſciē
te tñ ꝙ vxorē prius habeat poſt morteꝫ
vxoris ꝓoris ꝑt illa ſecunda ſi vult cum
ipo manere. Extra de eo q̇ duxit. c. Pro
poſitū. Et tunc de nouo in eū cōſentiat
⁊ econuerſo. Dummodo tñ ei nō ꝓſtitit
fidem cōtrahendi viuēte vxore. nec ma
chinatus ſit in mortem vxoris. e. c. Ve
niens.

Adulterium ē maximū crimē. xxxij. q. vij
Quid in omnibꝫ. Et puniť pena mortiſ.
extra de furtis. c. j. et habeť gloſa. xxxij.
q. vij. vbi. ſ.

Adultere que ꝓles in adulterio ſuſcepit
nō negeť penitētia. etiā ſi ꝓles ſuccedat
in hereditatē. Extra de pe. ⁊ re. c. officij

Adulteriū ſeparat matrimoniū q̊ ad co
pulam cōiugalē. non aūt ad vincľm ma
trimoniale. Vñ illo viuēte neuter pt al
teri nubere. Extra vt lite nō ꝯteſt. c. Ad
ħ. ⁊ de eo q̇ duxit. c. Ex lřaꝝ.

Adulteriū nō cōmittit ſuā credēs dū ali
am cognoſcit. xxxiiij. q. j. Si virgo. ⁊. c.
In lectum.

Affectum. deus penſat non fa
cti q̄ntitatē. vñ ex hi
laritate vnꝰ pḡ. ⁊c̄. de conſe. di. v. Nō
mediocriter. Jeronymꝰ.

Affectus animi tm̄ ſunt voces ad aures

dei. diſt. xxxiiij. Sedulo. Auguſti. de ca
thecizandis rudib9. Hinc dicit. non cla
mor ſed amor ſonat. ꝛc.

Affinitas contrahit ſolum inter contrahentē ꝛ conſan
guineos coniugis. non autē inter cōſan
guineos vtriuſcꝫ. Unde pater ꝛ fili9 poſ
ſunt habere matrē ꝛ filiam. extra de con
ſangui. c. Q. ſuper his.

Affinitas ſicut conſanguinitas impedit et
dirimit matrimoniū. xxxv. q. iij. Equali
ter. ꝛ infra. Solum tn̄ pmū genus ē nūc
in phibitione aliis reuocatū. extra de cō
ſang. ꝛ affi. c. Non debet. ſed ꝛ illud ſolū
vſcꝫ ad quartū gradum incluſiue phibe
tur. eo. c. Q. ſuper his. Si tn̄ in q̄rto g
du reperiunt ꝯtraxiſſe: nō ſepent. xxxv.
q. iij. De ꝓpinquis. c. Et hoc quocꝫ.

Affinitas contrahit p coitum fornicariū
ſicut per legitimū. Extra de eo qui cog.
ca. Diſcretiōe. nō tamen pollutōe extra
ordinaria. xxxv. q. iij. Extraordinaria

Affinitas ſuperueniens dirimit ſponſalia
de futuro. extra de conſangui. ꝛ affi. ꝛ. c.
Super eo.

Affinitas poſt matrimoniū contractum
ſuperueniens nō debet nocere innocenti.
Extra de eo qui cog. c. Tue fraternitatis

Afflictio non debet addi afflictis
vij. q. j. Cum percuſſio.
Gregorius ad candidum. extra de cleri
co egrotā. c. Ex parte.

Alchimaticum aurū vel ar
gentū faciē
tes. mādantes. vendētes. vel ſcient' emē
tes laici ſunt infames. clerici puati bn̄fi
ciis obtentis. ꝛ inabiles ad obtinenda.
Extraua. Johan. xxij. que icipit. Spō
dent quas non habent.

Aleis et taxillis clerici non ludant.
nec aſſiſtāt ludentibus. de vi
ta ꝛ honeſta. cleri. c. Clerici officia

Aliena poſſidet qui ſupflua retinet
diſ. xlij. c. ſ. §. Ordinādus.

Alienā rem iniuſte detinere ad ſalutē nō
multū differt a rapina. extra de reſti. ſpo
lia. c. Sepe contingit.

Alienatus a mente nō pōt religionē pfi
teri. extra d regu. trāſ. ad reli. c. ſic tenor.

Alienatio ppetua rerum eccl'ie omiſſo ſo
lenni tractatu ꝛ ſine rationabili cā non
valet. de rebus eccleſie nō alie. c. Nudū.
libro. vi.

Albugo i oculo ſignificat arrogā
tiā q̄ a luce ſuperne clari
tatis excecat. di. xlix. Hic etem. Grego
rius in paſtorali.

Allegans emptiōis puilegiū te
netur ifra tps p ordia
rium ſtatutum illud corā pſonis idone
is oſtendere. Si allegat pſcriptōem ex
emptōis: ſolum tenet eodē modo fidem
pſcriptionis facere. Si vtrūcꝫ allegat:
tunc puilegiū oſtendat vt pus. qḋ ſi nō
ſufficit. dat tamē cauſam pſcribendi: te
netur vt. ſ. pſcriptionē q̄dragita anno
rū pbare. ordinari9 tamē ipum in poſſeſ
ſione nō turbet pendente hmōi pbatiōe
Si vero hmōi allegata vt. ſ. nō ſuffici
ant: poteſt ordinarius vti iure ſuo dōec
de exemptione plenā fidem fecerit. de p
uilegiis. c. Cum pſone. li. vi.

Allegās nullitatē excōmunicatōis pen
dente probatione euitet in iudiciis. ſed
nō extra. de ſen. excō. c. Solet. li. vi.

Alleluia in nouo teſtamento an
geli decantauerūt. ꝛ Glo
ria in excelſis. de con. diſt. j. Hi duo.

Alleluia et gloria in excelſ' quare nō ſem
per cantantur. Infra. Gloria in excel
ſis.

Altare non erigitur niſi de licentia
epiſcopi. Et fingens conſe
cratum cum nō ſit. ſi eſt ſacerdos degra
detur. laicus excommunicetur. de con
ſe. diſtin. j. Nullus

Altaris ꝯſecratio. infra. Eccia vl' altare.

Altare ſi mutatum vel enormit' ꝯfractū
fuerit. lapis ſigillum continēs conſecra
tur. non autē eccleſia. Si modicum ad
datur ñ ꝯſecratū conſecrato: trahit ad
conſecratum. extra de conſe. eccle. vel al
tarū. c. Quod in dubiis. c. Ad hec. c. Li
gneis. infra. Eccleſia debet.

Altare ignoto deo paul9 athenis inenit.
ꝛ xp̄m pdicauit. di. xxxvij. Legim9. i gl.

Altari viatico poſſunt epiſcopi vbicꝫ ce
lebrare. ita tamē ꝙ interdictum ſeruent
de puile. c. Quoniaꝫ. li. vj.

Altaris ſeruiens de ipo viuat vel etiā ſan
crario. aut euangeliū nunciās viuat de
euangelio. j. q. ij. Sacerdos. xij. q. ij. ca

ritatem.c. Eccleſiaſticis.xiij.que.j. Ec/
cleſias.§. Quia ergo.extra de preben.c.
Cum ſm apl'm.
Altaria plura poſſunt conſecrari ſimul i
eadē eccleſia.ex.de conſe.ec.c. Cum ſis.
**Amatores** dei veri qui ſint.de pe.diſt.ij. Caritas.
Amari debet corpus noſtrum. ita vt ne/
ceſſitati eius conſulamus ⁊ agamus q̄/
ten⁹ et ipum ſpiritui ordinate ſubiectū
ad perpetuā incorruptionē perueniat. de
pe.di.ij. Caritas.§. Itē corpus noſtrū.
Amandus non eſt mundus.ſed contem/
nendus.c.§. Ordinem dilectionis illi p
uertunt.
Amator huius ſeculi dei inimicus ē. nec
deum diligere poteſt vel bonos.xxiij.iiij
§. Ex his.
Amatores mūdi p terrenis libēt mlta pa
tiuntur.pro deo nihil.di.xlvij.c. Omes
ſeculi.
Amat filium vel ſeruum qui cedit vel cor
ripit non qui parcit.xxiij.q.v. Non pu/
tes. Auguſtinus ſup eplam Johis.
**Ambitio** ē periculoſa.diſ.xlviij. Sicut.diſtin.l. De his clericis.
Ambientes officia debent repelli.⁊ fugi/
entes attrahi.j.q.ſ. Nullus itaqȝ.⁊.ſ.q.
vj. Sicut
**Anathema** ſignificat maiorez excōmunicationē
gloſa.xj.q.iij. Si inimicus.
Anathematis vel excōicationis pena p/
hibitum: eſt ſententie ferende commina
tio.ſecus ſi prohibetur ſub anathemate
tunc eſt lata.extra de iure patro.ca. Re
latum.ij.
Anathematizate ſunt quedā obſeruātie:
ſpeciē virtutis preferentes.nō q2 repro/
betr religio.ſed q2 ſimpliciter ambulātes
damnabāt introducentes pcepta noua
cōtra ſcripturas ſacras et canones. diſ.
xxx.per totū. Uide de ſingulis i ſuis vo
cabulis.
**Ancillam** ducens neſcius pt eaz poſtea dimittere: niſi
cognoſcat eaz poſtqȝ ſciuerit. Extra de
coniug.ſer.c. Propoſuit.
**Angeli** creati ſunt omes boni et in caritate.ſed pſeuerantiam
nō oēs acceperunt Unde pmo celum.id
eſt angeli.poſtea firmamentū creatuz le
gitur.de peni.diſti.ij. Citius.§. Qd ve
ro. Gregorius.
Angelorum nouem ordines deſcribunt
nouē lapidibꝫ. Ezech.xxviij.ſcz.āge. ar
chan.thro.domi.pnci.pote. virtu. che.
ſeraphin.de pe.diſt.ij. Principiū.§. No
uem. Grego.in moral.li.xxxij.
Angeli duos hymnos cantauerit in no
uo teſtamē.ſcz Glia in excelſis. ⁊ Allelu
ia.de con.diſt.j. Hi duo.
**Anima** rational' p ſe eſt forma corporis humani.cōtrarium
aſſerens hereticus cenſet. de ſum.trini.
et fide ca.c. Unico.§. Porro.in cle. Et
de ptibus anime.infra. Ratio.
Anima creando infundit.⁊ infundendo
creat.xxxij.q.ij. Qd vero.in glo.
Anima pulchre depicta eſt a deo: habēs
in ſe virtutū gratiā renitentē:ſplendorē
q3 pietatis.in qua eſt ſplendor glorie:et
paterne imago ſubſtantie. Hanc pulcri
tudinē adam lapſus depoſuit.de pe.di.
ij. Illa anima. Ambro.in Examerō.
Anime vita eſt de⁹.de pe.di.j. Si anģ.
Animaꝝ exutarū alique ſunt valde bone
pro quibꝫ ſuffragia ſunt gratiarūactōes
Alie valde male:tunc ſunt viuoꝝ conſo
lationes. Alie mediocriter bone. p illis
ſunt propiciatōnes. Alie mediocrit ma
le.et illis ſunt damnationis forſitā alle
uiatōnes. Et ſm hoc vſqȝ ad extremuz
iudicium etiā abditis receptaculis dti/
nent. Proſunt igit illis ſuffragia qui vt
prodeſſent eis h in vita meruerūt.xiij.q.
ij. Tempus. Aug⁹.in Enche.
Anime defunctoꝝ iuuant oblatōnibꝫ ſa/
cerdotum. pcibus ſanctoꝝ. elemoſynis
caroꝝ.ieiunijs cognatoꝝ.e.c. Anime.
Gregorius.iiij.dyalo.
Animabus omnibꝫ vna miſſa vel pſalm⁹
dicta prodeſt tantū ac ſi pro ſingul' tota
diceret.qn ſcilȝ vna p omnibus cū hila
ritate:ſed p ſingulis cū anxietate dicit.
de conſe.diſ.v. Non mediocriter. Jero
nymus.gloſa.vel tantū valet dicēti pro
omnibus cum hilaritate.
Anime exute qualia ſciant. Infra. Mor
tui beati.
Animus impiorum recētioribꝫ factis tur/

bulentius excitat̃.xxiiij.q.v.Pena.
Anime vni⁹ ꝑditõi innumerabiliũ mors corpoꝝ nõ põt cõparari.xxiiij.q.iij. Si habes. Aug⁹.ad auxiliũ epm.ar. ꝙ aĩa multo ꝑcioſioꝛ eſt corpe. ſed corpus ꝑci oſius eſt bonis tpalibus.diſt.xxxviij. ſedulo. tñ melius.xij.q.ſ.Precipim⁹.q.ij. Aurum.

Anulus ſignificat mutuũ amorẽ et fidem coniugalẽ eẽ ſeruandã.ꝛ vt eodẽ pignore coꝝ corda iungant̃.ideo q̃rto digito inſerit̃. q2 i eo vena quedã vt fert̃ ſanguinis ad cor vſqꝫ ꝑueniat.Iſidor⁹ li.ij.de offi.c.xvi. ꝛ.xxx. q.v.Femine.ꝛ.e.glo.c.Fratres.
Anulos clerici nõ portent niſi quibus ex officio incũbit.extra de vi.ꝛ hone.cle.c. Clerici officia.

Annus probationis minorennis religionẽ intrantis eſt q̃ntuſdecimus.de regu.ꝛ trãſ.ad reli.c. Is qui.e.c.Bñficiũ.in glo.ꝟ.ꝓbatõis.l.vi.

Antichriſtus vt ſibi iudeos ꝛ xp̃iãos attrahat vtroꝛũqꝫ ſabbata cuſtodiet. de cõſe. diſt.iij.Peruenit.
Antixp̃i eſt quicunqꝫ nõ eſt xp̃i.xxiiij.q.ſ. Quoniam.Ieronymus.

Apparuit xp̃s in ſpecie peregrini ſimulans ſe longius ire.quia ꝑ fidẽ peregrinus erat in cordib⁹ diſcipuloꝝ.ſ.q.ſ.Nõ quidã.§.Itẽ domin⁹.

Appellare oĩb⁹ libeꝝ ẽ nec ꝓhibere q̃s dꝫ appellãtẽ ij.q.vi.c.oĩſ oppſſ⁹.ꝛ q̃ñ ꝛ q̃ñ ñ.e.gl'i ꝑn.
Appellanti cauſa dilatõis vtrum ſit remedium dandũ.ij.q.vi.per totum.
Appellatio general'ſup oĩ cã nõ valet.Extra de appel.c.Int̃ cetera.c.Conſuluit
Appellatõm in q̃bus cauſis ſit neceſſe interponere.ij.q.vi.Si q̃s.§.Moiatõnes
Et cauſe ꝛ perſone quaꝝ appellatio non admittit̃.e.§.Sunt etiam.
Appellatõis remedio ſublato in cauſis eccleſiaſticis ſic appellationi ita recuſatõi nõ eſt deferendũ aliquatenus.niſi cã rõnabilis aſſignet̃.extra de appel.ca.Sup eo.infra.Appellatõe poſtpoſita.
Appellatione obijcere nõ põt qui appellationi nõ defert.e.Cũ ſit.ꝛ.c.Conſtitu.

Appellationi ꝑ quacũqꝫ leui ſic̃ ꝑ magna cauſa eſt deferendũ.e.c.De appellatõib⁹.
Appellare nõ audens ꝓpter metum appellaſſe iudicat̃.dũmodo infra tp̃s appellationis corã iudice a quo voluerat appellare vl'ſi eũ habere nequit in ꝑſentia bonorũ viroꝝ ꝯteſtatiõe ſup h̃ ꝓpoſita cauſas exp̃ſſit.extra de appella.c.Si iuſtus
Appellare p̃t vtraqꝫ ꝑs ab eadeꝫ ſentẽtia. extra de excep.c.Significauerũt.
Appellare põt ꝓcuratoꝛ ſed nõ ꝓſequi appellatõem cõpelli põt inuitus. extra de ꝓcura.c.Non iniuſte.
Appellatio fruſtratoꝛia non admittit̃ hodie.niſi rõnabilis cauſa ſubſit. Extra d̃ appella.c.Vt debitus.
Appellare nõ poſſũt ſubditi ꝯtra diſciplinã eccĩaſticaꝫ:niſi iniuſte grauaret̃.e.c. Reprehenſibilis.
Appellatio a correctõe admittit̃ ſi ꝑlatus modũ exceſſit.al's non.e.c.De prioꝛe
Appellantes religioſi cõtra ꝑlatos ſuos: nihilomin⁹ſunt ſc̃m ſtatuta oꝛdis corrigẽdi.extra de appel.c.Ad noſtram.
Appellare non poſſunt vſurarij q̃ñ ſup reſtitutõe vſuraꝝ ꝯueniunt̃.extra d̃ vſu.c. Quã pernicioſum.
Appellatio facta ꝯtra leges vel canones nõ eſt admittẽda.extra de ap.c.ꝯſuluit.
Appellatõis remedium non eſt inſtitutuꝫ ad defenſionẽ iniquitatis. ſed innocentie.e.c.Cum ſpeciali.
Appellatõi detinentis vxorẽ alteri⁹ manifeſte vel manus in clericũ publice inijcientis nõ eſt deferendũ.e.c.Conſuluit.Simil'r qui poſt legitimã appellationẽ aduerſariũ ſpoliauit.eo.c.An ſit.
Appellatio in crimine notoꝛio nõ admittitur.e.c.Peruenit.ſ.c.Conſuluit. audiditur tñ appellatõ poſt ſñiam diffinitiuã ſup notoꝛio de quo quis cõuictus vl' in iure ꝯfeſſus eſt.vt ſupioꝛ ꝓhibeat ne ſententia mandet̃ executõi poſt appellatiõꝫ d̃ appel.c.Romana.c.Cõcertatõi.li.vi
Appellans ſi ſit raptoꝛ vel violentus detentoꝛ aliene rei auditur ĩ iudicio eccleſiaſtico.niſi ſit manifeſt⁹ raptoꝛ vel fornicatoꝛ.ex.de appel.c.Cum ſit romana
Appellationi inimici ꝯtra inimicum non eſt deferendum.extra de accu.c.Nemi nimus.

Appellare pōt excōicatus.extra de ap-
pella.c.Peruenit.primo.
Appellare poteſt citatus ad locum nō tu-
tum.e.c.Ex parte tua.
Appellare ter ſup ea cauſa non licet.eo.c.
Sua nobis.
Appellare poſt tres ſententias ſuper ea-
dem cauſa nō lz.infra. Sentētias tres.
Appellationis remediū infra decendiū i-
terponi debet:tam poſt diffinitiuā ꝙ̄ in
terlocutoriā ſententiā.ij.q.vi.c.Anterio
rum. Alioquin ſententia tranſit in rē iu
dicatam.⁊ denegatur aditus appellādi.
extra de ſententia ⁊ re.c.Ꝯ ad conſulta
tionē.de appella.c.Romana.li.vj.Etiā
ſi ſnīa fuerit ꝯditionalis.ij.q.vj.Biduū
Appellans etiam extra iudiciū debet in-
fra idem tempus.i.decendium a noticia
grauaminis appellare. alioquin non au
ditur ꝑ remedium appellatōnis.auditur
tamen per remediū iuris ꝯmunis.ꝺ ap-
pella.c.Concertationi.li.vi.Et compu
tanť dies decem pro appellatōne.⁊.xxx.
dies pro inſinuatione ſiue petitōe aplo-
rū.glo.e.c.Ab.eo.℣.Triginta.li.vi.Et
includiť decimus dies in eis. Glo.ij.q.
vi.c.Anteriorum.
Appellans petat infra triginta dies apo-
ſtolos inſtanter.qꝺ ſi nō fecerit appella-
tioni renunciauit.de appella.c.vt ſupra.
c.Ab eo.li.vi.Et.e.c.Quāuis ī cle. Et
iudex teneť etiā irrequiſitus dare.glo.ij
q.vi.Poſt appellationē. Si vero iudex
rite requiſitus dare noluerit in termino
ab eo prefixo.vel ſi ſe daturū dicit nullo
termino tamē ꝑfixo: tunc perinde eſt ac
ſi expreſſe denegaſſet.tunc pōt appellās
proſequi appellationē.De appel.c.Quā-
uis.in cle.Et proceſſus vlteriores iudi
cis illius ſunt irriti.e.c.Ab eo.li.vi.De
bent autē peti apoſtoli inſtanter.Gloſa.
e.℣.Inſtanter.Si in ipo actor appellan
di petit apoſtolos:debent ipos iterū pe
tere.hec glo.Et ſufficit vno contextu ſe
pius et inſtanter petere. Et ſi non petie-
rit vel oblatos non receperit:appellatio
ni renunciauit.e.c.Quamuis.in cle.
Appellans intra vel extra iudicium:debz
infra annum a die interpoſitionis eaȝ ꝓ
ſequi:iuſto impedimento ceſſante. alio-
quin cenſetur renunciaſſe.De appella.c.
Sicut appellationem.in cle. Concedi-
tur tamen ex cauſa biennium. niſi iudex
a quo appellať attentis circūſtantijs tē-
pus aliter moderetur.quo neglecto :te-
net ſentētia ⁊ appellans non audieť ſi vl
terius appellet.extra eo.c. Cuȝ ſit roma
na.c.Oblate.Et poteſt terminus predi
ctuſ tam a iudice ꝙ̄ ab appellante abbre
uiari.ſed non prolōgari.e.c.Oblate.
Appellationem infra dictū tempus nō ꝓ
ſequens:condemnatur in expenſis. Ex
tra de reſcri.c.Ex parte.Item ſi proſeq̄
contempſerit per ſe vel per procuratorē
inſtructum:procediť contra eum tanꝙ̄
contumacem tam in expenſis ꝙ̄ in cau-
ſa appellationis.de appella.c.Cordi no-
bis eſt.c.Licet.li.vi.
Appellantem ⁊ recedentē non oportet iu
dex appellatꝰ ſi procedere voluerit iterū
citare.quia facto iam teſtatur ſe corā eo
nolle litigare niſi appellationi renunciet
de dolo.c.Cum qui.li.vi.gloſa. intelli-
gitur de appelletione fruſtratoria.
Appellationis tempus nō currit ei qui ꝑ
impotentiam fuit a proſecutione impe-
ditus.extra de appella.c.Ex ratiōe.Si
militer non currit ꝙ̄diu differť de ꝯſen-
ſu partium.niſi ꝓpter periculū dilatiōis
iudex aliter mandaret.e.c.Quamdiu.ī
cle.Etiam poſtea tangitur ibi.Appella
tio propter impotentiam.
Appellationi quis libere poteſt reſignare
ij.q.vi.Si quis.§.Si vero.
Appellationi renunciat quis tacite per fa
ctum contrarium.extra de offi.delega-
ti.c.Gratum.
Appellationis vocabulo ex ſimplicitate
omiſſo.ſed loco ipius expreſſo ꝙ ſe ⁊ ſua
quis tuitioni pape ſubijcit:non debet ſi
ne cauſe cognitione condemnari. extra
de appella.c.Ad audientiam.
Appellationem ſufficit ſcriptis dare iudi
ci:nec oportet ꝙ coram eo legatur.eo.c.
Appellatio.li.vj.
Appellationis forma ante vel poſt ſen-
tentiam et apoſtolorum ⁊ litterarū for-
ma habetur.ij.q.vj.Poſt appellationem
⁊ appellatione interpoſita.§.forma.
Appellans ad papam ſuper ſententia iter
locutoria intra vel extra iudiciuȝ: appel
let in ſcriptis:cauſamq̄ȝ exprimat ac a-

poſtolos petat. et ſi appellatus petit: pn cipales debent ſuper pncipali papā accedere per ſe vel procuratorem. hec nō obſeruans reputatur non appellās: ꝛ cōdamnatur in expenſis. Similiter appellans hec non obſeruans vt contra contumacem in expenſis ꝛ cauſa cōtra eum proceditur. per hoc tamē in appellationibus a diffinitiua nihil imutat. de appel. c. Cordi. li. vj.

Appellans propter grauamē aliquod: nō tenetur coram iudice appellato infra terminum ab eo prefixū ad docendū grauamen vel audiendum reuocatōnē grauaminis tanꝗ iudice comparere. ſed ad h tm vt reuocationem grauaminis ab eo audiat. q ſi īfra terminū hoc reuocet cū effectu: ꝛ ille non comparuerit poteſt iudex ille libere ī cauſa procedere. e. c. Si a iudice. libro. vi.

Appellantes contra electionē poſtulationem vel prouiſionem in inſtrumento exprimāt omnia obijcienda contra formā vel perſonam. ꝛ iurēt ſe credere illa vera eſſe: ꝛ ea poſſe probare. ſup nō expreſſis non audiantur niſi de nouo emergāt vł ſuperueniat probandi facultas. ſup quo etiam iurent. de appellati. c. Ut circa. li. vj. Si diſiunctiue iurauerint non audiuntur. ſcꝫ dicendo. Credere ea eſſe vera vel que ſufficere poſſint ex eis. e. c. Js q. li. vj. et ſi predicta non ſeruet non audit etiam ſuper expreſſis. e. c. Qui contra. libro. vj. ꝛ cum vt ſupra opponitur et appellatum fuerit. debent oēs quorū intereſt per ſe vel procuratores infra menſem iter arripere ad papam. ꝛ poſt aduētum vnius partis expectatis viginti diebus procedatur. non obſtante abſentia cuiuſcunqꝫ: ꝛ opponētes ſi non pbēt condemnantur parti in expenſis ſi ī formam obiecerunt. Si vero in perſonā et non probant: triennio ſunt ſuſpenſi a beneficio. ꝛ ſi hoc triennio ſe temerarie ingeſſerint: erunt perpetuo īpo iure priuati. niſi conſtet eos nō fuiſſe calumnioſos de electio. c. Statuimus libro. vj. et intelligitur de beneficijs que habet in eccleſia contra quam offendit. e. c. Ab eo. libro. vj. Predicta tamen forma ſolū habet locum cum extra iudicium appellatur. Quia iura antiqua extra eo. ca. Ut debitus: debent intra iudicium obſeruari. eo. c. Conſtitutio felicis. libro. vj. Pēdente vero appellatione predicta nō valet confirmatio ordinarij. eo. c. Si poſt ꝗ. libro. vj. Jnfra. Electio eccleſie cathedralis. predicta tamen cōſtitutio nō habet locum cum appellans ius ſuuꝫ vł eccleſie directe proſequitur. ſed cum defectus vel crimina in formam vel perſonam obijciunt. Et ſi circūſtantias defectuum non ſpecificat ſuper illis nō auditur: etiam ſi iuret illos de nouo didiciſſe: et in eadē cauſa non auditur alius ſuperueniens non appellans: ſi quē proſequitur. poteſt tamen aſſiſtere appellanti. Auditur autem pro intereſſe proprio agens. eodē. ca. Conſtitutionem. in cle. Et licet omiſſio forme repellat appellantem a probatōne: non tamen infirmat ꝓbationem ſuper alias legitime factaꝫ. e. §. vltimo.

Appellans talis non ſeruans formam ꝓdictam renunciat appellatōni nec proſequitur obiecta aut alia per viam querele. niſi in caſibus inibi exceptis. de elec. ca. Conſtitutōnem. §. Ceterum. in cle. Jnfra. Opponentis.

Appellatio intra vel extra iudiciū deuoluit cauſas electionū epiſcoporum et ſuperiorum ad papam duꝫ in ſcriptis et ꝓ cauſa probabili fuerit interiecta. alꝰ nō. et poſſunt partes ſine prauitate ab ea recedere priuſꝗ fuerit pape pſentata. Judices tamen inferiores inquirāt an prauitas interuenerit. quam ſi repererit de cauſa non cognoſcant. ſed ſtatuant partibus terminum: quo cum actis ꝛ munimentis ad papam veniant. de electio. c. Quamuis. libro. vj. Si autem iudices illi ſine inquiſitione ꝓdicta ad confirmationem vel conſecratōnem electi procedant: irritum eſt. ꝛ ipi ordinarij ſunt ſuſpenſi per annum a confirmatōne et cōſecratōne epiſcoporum. eo. c. Prouida. libro. vj.

Appellatio pape quādo dicatur interpoſita. ſupra proxime. ꝛ infra. Electionis prouiſionis.

Appellans aliam cauſam poteſt exprimere coram iudice appellationis ꝛ aliā co-

ram iudice a quo appellat. Extra de ap
pella.c. Conſtitutis.
Appellari debet gradati nullo medio iu-
dice intermiſſo: niſi ad papam immedia
te appelletur. extra. e.c. Dilecti filij. ſcdo.
Appellari poſſe ad papam medijs preter
miſſis priuilegium eſt apoſtolicuz. extra
de priuile.c. Antiqua.
Appellatio a ciuili iudice ad papam non
tenet. niſi ſint tpali iuriſdictiōi pa. ſubie
cti. extra de appella.c. Si duob9.
Appellare nō licet ad ſuperiorē iudicē an
te ſententiā diffinitiuā ei qui cōuenitur
coram iudice idoneo: niſi ex cauſa ratio
nabili. etiam ſi dicat q ad ſuperiorem
nuncios miſerit vel litteras impetraue
rit priuſq delegato aſſignate fuerint. ex
tra. e.c. Ut debitus.
Appellari non poteſt a iudice in quem qs
conſenſit. ij. q. vi. A iudicib9. extra de of
ficio dele.c. Super queſtionū. Glo.c. a
iudicibus. Poteſt tamen ab ei9 iniq ſen
tentia appellari. Similiter ſi de com-
muni conſenſu ſint electi: nō tamē vt ar-
bitri. niſi appellatione remota.
Appellari oportet ab arbitris iur ad pa-
pam. de offi. iudi. dele.c. Is cui. li. vj
Appellari oportet ad papaz a ſubdelega-
to. ſi delegat9 ſit excōmunicatus vl' mor
tu9 ⁊ in ſubdelegando reſeruauit ſibi ali
quā iuriſdictionem. vel ſi papa delegās
nomen eius proprium nō expreſſit. De
offi. ⁊ po. iu. dele.c. Si is cui. li. vi
Appellari debet ſemp a ſubdelegato ad p
mum delegantē quando ipe delegando
nō cōmiſerat in totū vices ſuas. Simi-
liter in alijs caſib9 quibus delegat9 ne-
gatur habere iuriſdictionem. eo. ca. Si
a ſubdelegato. li. vi.
Appellatur ſemper ad delegatū a ſubde-
legato ſi vſq ad reuocationē commiſit.
vel alias ſibi aliquid iuriſdictōnis reſer
uauit etiam poſt ſententiā. de offi. dele.
ca. Si delegatus. li. vi. Iuxta tamē ex-
ceptiones pdictas in duobus. §. pcedē-
tibus.
Appellat a ſubdelegato ad delegatuz niſi
ad papā ſi delegatus partē cauſe com-
miſit que appellatione remota ſibi fuiſſ
cōmiſſa. extra eo.c. Sup queſtionum.
Appellari nō debet a delegato ad cōdele
gatum. ſed ad pmū delegantē. e. li. vi. c.
Si duo.
Appellari nō debet ab officiali ad epiſco-
pum. ſed ad archiepm. de appella.c. Ro
mana. li. vi. Et ɔſuetudo alia reprobat
de ɔſue.c. Non putamus. li. vi.
Appellari debet a ſbdito epi ad epiſcopū
nō ad archiepm. niſi ɔſuetudo aliud ha
beat. de appel.c. Romana. li. vj.
Appellari de iure debz ab epiſcopo ad ar
chiepm in cauſis in quib9 habent iuriſ-
dictionē tpalem. niſi ſpeciale ius aliō in
ducat. Ibidem.
Appellari nō poteſt ad epm a collatōe be
neficij cui ipe vt platus interfuit. ſec9 ſi
vt canonicus. ſed ad ſuum ſupiorem ap
pellet. de appella.c. A collatōe. li. vj.
Appellatiōis cauſam ad epm interpoſite
archiepiſcopus alijs nō cōmittat nec p-
tes citet. niſi in appellatōe ſit cauſa pba-
bilis expreſſa. e.c. Romana. li. vj.
Appellatio ſi neget ad archiepiſcopuz fa-
cta: nō debet archiepiſcop9 inhibere iu
dicem pncipalis cauſe: donec de deuo-
lutione ad ipm facta cōſtiterit. Similit
etiā ſi pponatur appellatio ad ipm iniu-
ſte fuiſſe ante ſentētiā interpoſita. niſi p-
us recepta appellatōe incipiat de verita
te cauſe cognoſcere. e.c. Romana. li. vj
Appellatōe poſt diffinitiuā legitime iter-
iecta iudex appellationis ſtatim reuocet
omnia innouata p pncipalē iudicē poſt
dictā ſentētiā. Etiā ſi fuiſſent ante appel
latōem innouata. e.c. Non ſolum li. vj.
Nihil em poſt appellatōem huiuſmodi
eſt innouandū. extra de appel.c. Dilect
filijs.
Appellatio tamen huiuſmodi nō reuocat
excōmunicationē medio tempore añ in-
terpoſitionē latam Unde neceſſaria eſt
abſolutio: quāuis nō debuit ferri. ō ſen-
ten. ex.c. Venerabilib9. li. vj. ⁊ latius in
glo. §. Porro. v. Appellatum.
Appellatione vt ſupra poſt diffinitiuā in
terpoſita ſi aliquid innouatuz fuerit p9
inhibitionem: non poteſt archiepiſcop9
tamen exercere iuriſdictionē ſuam i cau
ſa ad eum per appellationem huiuſmo-
di deuolutam in tertiam perſonam ali-
quid innouātem. nec poteſt reuocare cē
ſuram in appellantem ab epiſcopo latā.

niſi vocatis partib⁹ de cauſa legitime cognita. de appel. c. Romana. li. vj.

Appellatio poſt diffinitiuã ad archiepm̃ ſi dicatur interpoſita in caſu prohibito: poteſt archiepũs ſi iam ceperit de cauſa cognoſcere ꝓhibere iudicẽ ꝑncipaleꝫ ne ſententia demandet̃ executõi. Ibidẽ.

Appellatiõe ante diffinitiuã interpoſita ⁊ a iudice appellatõis cognita ꝟitate cauſe ac inhibitione facta: quicq̃d poſtea ſꝫ non ante fuerit per aliũ iudicem attẽptatũ debet a iudice appellatõnis reuocari. e. c. Non ſolum. li. vj.

Appellans nõ eximit̃ per iudicem appellationis a ſuo epiſcopo in alijs cauſis. De appel. c. Roma. li. vj.

Appellatio ſi ab archiepõ fuerit ꝓnunciata male interpoſita: ante ſententiã diffinitiuã debet cauſa ſtatim remitti ad epiſcopũ. e. c. Romana. Dũmodo tamẽ ipe non detulit appellatõni. Si vero detulit: non eſt neceſſariũ remittere. ⁊ condẽnetur in expenſis. In appellatõnib⁹ autẽ poſt ſententiam diffinitiuã ſeruent̃ iura antiqua. e. c. Cum appellatõib⁹. li. vj.

Appellatõne a diffinitiua interpoſita poteſt reuocari interlocutoria ꝑncipali ꝑiudicans negocio. alias non. eo. c. Licꝫ. libro. vj.

Appellans iniuſte condemnat̃ parti in expenſis. extra de teſti. ⁊ atteſta. c. Significauerũt. ⁊ ſupra. Appellatio ſi ab archiepiſcopo.

Appellatõnis ꝓceſſus de archiepis dat⁹ intelligitur etiã de alijs iudicib⁹ ceteris paribus. Gloſa. de appella. c. Romana. li. vj. ver. Citent.

Appellationis cauſam vſq̃ꝫ huc.

Appellans ante diffinitiuam ſnĩam: ſi iudex eo abſente ſententiã ferat: poteſt ille nihilominus infra tempus debitũ etiã ab eadem appellare niſi prima appellatõ manifeſte fuerit friuola. de dolo. ⁊ cõtu. c. Si ante. in cle.

Appellatõnis forma ſeruanda in electionib⁹ monialiũ fiat vt. s. Appellantes cõtra electionẽ. ⁊c̃. Ita ꝙ moniales electe vel appellantes nullo modo veniant ad curiã: vel etiã ille contra q̃s appellatum fuerit. ſed ꝓcuratores bñ inſtructos mittant. iuxta. c. Cupientes. vt infra. Confirmatões cathedraliũ. al's penas inibi ipo iure incurrũt. de ele. c. Indẽnitatib⁹ li. vj. §. Porro.

Appellatõis terminũ ꝑueniens ſi litteras tacita veritate impetrauit illis careat. ⁊ penã contumacie nõ euadat. extra ð appel. c. Sepe. c. Ex inſinuatõe.

Appellare ante ſententiã niſi in caſib⁹: leges prohibent. e. c. Suꝑ eo.

Appellans ante ſententiã poſt litiſ ingreſſum cogit̃ ſtare iudicio eius ad queꝫ appellauit. e. c. Cum ſit romana.

Appellans poſtq̃ꝫ iurauit ſtare iudicio eccleſie cõpellat̃ a iudice vel vt ſeruet iuramentũ vel infra q̃draginta dies arripiat iter ad proſequẽdũ appellatõem. eo. c. Ad hec. tertio.

Appellantẽ põt iudex vel epũs a q̃ appellauit cõpellere ad ꝓſequendũ: vel ꝙ corã ſe pareat iuris eq̃tati. Extra de appella. c. Ad hec. tertio.

Appellantẽ ꝓ vna cauſa nõ debet iudex a q̃ appellauit cõpellere ad reſpõdendum ſuꝑ alijs: licet in illis nõ min⁹ teneat̃ reſpõdere: niſi ꝓ crimine adeo graui ⁊ manifeſto ꝙ ſit ipo actu merito condemnãdus. e. c. Propoſuit.

Appellãtib⁹ duob⁹ ſuꝑ vna cauſa vnuſ ad papã alter ad iudicẽ. illoq̃ꝫ ad papã non cõparẽte: ſi iudex ſu⁹ euꝫ ad papã appellaſſe neſciẽs fert ſnĩam excõicatõis ꝯ ipſum: tenet ſnĩa. extra de ap. c. Si duob⁹

Appellatõne legitime ĩterpoſita q̇cq̇d poſtea fit ꝯ appellantẽ in ea cauſa ꝑ iudiceꝫ appellatũ: debet a iudice appellatõis ĩ irritũ reuocari. e. c. Dilecti filij.

Appellari tertio a ſentẽtia diffinitiua nõ lꝫ. eo. c. Sua nobis.

Appellatiõe poſtpoſita vel remota vbi in reſcripto continet̃: ĩtelligit̃ remoueri q̃libet appellatio q̃ a iure nõ indulget̃ expſſe. Nã fruſtratoria appellatio etiã ſi nõ ꝓhibeat̃ nõ tñ impedit negociũ. extra de appel. c. Paſtoral'. Itẽ glo. ꝟ. Expſſe. dic̃ ꝙ appellatio ſi ſit remota nihilomin⁹ indulget̃ expſſe: ſi iudex denegat reſtitutionẽ ſpoliato. extra de reſti. ſpo. c. Ex cõq̃ſtione. Itẽ ſi nõ vult admittere recuſationẽ ꝯſanguĩtatis. extra de appel. c. Poſtremo. Itẽ ſi nõ facit exꝓmi res petitas ĩ libello. extra de appel. c. Significãtib⁹

Itē ſi citat ptes ad locū nō tutum.eo.c.
Ex pte. Itē ſi cogit ptes litigare coꝛam
ſubdelegato ſuſpecto.extra de offi. dele
ga.c. Sup q̄ſtionū.i fine. Hec glo. Ho
die tamen ſiue in reſcripto appellatio ſit
remota ſiue nō: pōt nihilomin⁹ appella
ri:qn̄ quis habet ꝛ ptendit cām ꝓbabilē
talē vicȝ q̄ ſi ꝓbata foret deberet legitīa
reputari. Gloſa.ſiue ſit expſſa in iure ſi-
ne nō. Et debet iudex ſupioꝛ ſup appella
tiōe cognoſcere.extra de appel.c. Ut de
bit⁹. Gloſa.ꝟ.Añ ſniam:in fine dic̄. Ita
ptȝ ꝙ remotio appellatōis q̄ ad ꝟitatem
nihil opat:ſed poti⁹ apponit ad cautelā.
qꝛ iniquū eſſet ꝙ aliq̄s euident̄ ḡuat⁹ nō
poſſet appellare qn̄ caſus ille in iure non
eſſet expſſus. ꝛ iō emanauit hec ꝯſtitutō
vbi cauet̄ ꝙ hn̄s ꝓbabilē cauſam. vt ſu-
pꝛa ꝓxie.pōt appellare. Hec gloſa.

Appellāti ante diffinitiuā:nō lȝ niſi cau-
ſas in appellatōe noiatim expſſas ꝓſeq̄.
ꝛ ꝓceſſus p̄mi iudicis nec iuſtificari.nec
impugnari pt:niſi ex actis coꝛam eo.de
appel.c.Appellanti.in cle.

Appellatōiſ deſerte ꝓſecutio nō impedit
quin ſnīa iudicet̄ in rem iudicatā tranſ-
iuiſſe.e.c. Si appellatōem.in cle.

Appellās ſecūdo a repulſiōe exceptōnis
pemptoꝛie ꝛ ſuccūbens: nō audit̄ in cau
ſa appellatōis a diffinitiua ſup eadē re-
pulſione.niſi fuiſſet repulſa.quia inepte
ꝓponebat̄.e.c. Cum a repulſione.in cle.

Appellatio a pluribꝫ iudicibꝫ ſufficit co-
rā plibus coꝝ maioꝛi pte facta: ita tn̄ ꝙ
appellato termin⁹ p̄fixus ꝛ termin⁹ de-
lationis ꝛ appellatōis legitime intimēt̄
de appel.c. Si a iudicibꝫ.in cle.glo. Si
duo ſint appellet coꝛā illo quem habere
poteſt.

Appellatio impedit ſnīam excōicatōnis
hoc modo latā. vt ſi infra viginti dies
nō ſatiſfeceris:ſcias te excōicatuȝ:ſuſpē
ſum:ſiue interdictum:ſi infra terminum
appellauerit.extra de appel.c. Preterea
requiſiſti.

Appellatio ſeq̄ns nō tollit cēſure ſenten
tiam eccl'iaſtice.ō ſen.ex.c. Is qui.li.vi
Nec ſuſpendit effectū eius.in glo.ō bis
que vi.c. Abſolutōis.ꝟ.interdicti.

Appellatio ꝓpter impotentiā infra bien-
niū nō executa non p̄iudicat appellanti
extra de appel.c. Ex ratione.

Appellatio fruſtratoꝛia hodie non tenet̄
nec recipit̄:niſi cauſa rōnabilis in ea ex-
pꝛimatur.e.c. Ut debitus.

Appellatio facta contra leges vel cano-
nes nō eſt admittenda.extra eo.c. Con-
ſuluit. tertio.

# Apoſtolos

qn̄ ꝛ quō appellanſ petat. ſ̄. appellāſ pe.

Apoſtoli illi dicunt̄ littere dimiſſoꝛie q̄ a
iudice appellato mittunt̄ ad iudiceȝ ad
quē appellatur.ij.q.vi. Ab eo.de appel.
ca. Coꝛdi.libꝛo.vj.

Apoſtolos tenet̄ iudex dare.eo.c. Coꝛdi
li.vj. Et ſi nō dederit ꝛ ꝓceſſerit.niſi ap
pellatōni fuerit renunciatū. eius ꝓceſſ⁹
irritus eſt.e.c.vt ſup. Appellatōe.li.vj.

Apoſtoloꝝ locum tenent epi. diſt.lxviij.
Quoꝝū vices. Sacerdotes tenēt locuȝ
diſcipuloꝛum.e.c. Quāuis.

Apoſtoli ſunt baſes militantis eccl'ie.de
ele.c. Fundamenta.li.vj.

Apoſtoli Petrus ꝛ paulus omnibꝫ p̄emi
nent alijs.ij.q.vij. Beati.

Aplica ſedes n̄ moꝛit̄.ō reſcp̄. ſi gr̄o.li.vi

Apoſtolicis viris nolle neceſſaria dare:ē
ſeip̄m condemnare.xvj.q.j.c. Apoſtoli-
cis. Jeronymus.

# Appoſtata

nō ē qui n̄ reiecto hitu vadit ad aliā
religionē.extra de tem.oꝛdi.c Ex par.

Appoſtata ſacrū oꝛdinē in appoſtaſia re
cipiens nō pōt in eo.etiā cum redierit ꝛ
penituerit.miniſtrare ſine diſpenſatōne
pape.extra de appoſtatis.c. Conſulta-
tioni. Et ſic oꝛdinē recipiens efficit̄ irre
gularis.extra de tempo.oꝛdi.c. Ex pte.

Appoſtatas ꝛ eiectos p̄lati ſolicite annu
atim req̄rant.ſalua oꝛdinis diſciplina.ꝛ
renitentes tandiu excōmunicent et ex-
cōmunicatos denuncient donec humi
liter reuertant̄.extra de regu.c. Ne reli-
gioſi. Sȝ reuerſis pꝛelati neceſſaria mi-
niſtrent. Ibidem.

Appoſtata non eſt ip̄o facto de iure excō
municatus:niſi habitum reijciat.infra.
Excōmunicati.

Appoſtate qui ad reſumendū habitū nul
lo modo induci poſſunt:graui cuſtodie
carceris mancipent̄.extra de appoſta.c.
A nobis.

**Approbari** ab omnib⁹ debet qđ omnes tāgit. extra de tempo. ordi. c. Si archiepiſcopus. de offi. archi. c. Ad hoc.

**Aqua** cum vino trāſſubſtantiatur in ſanguinē. quia aqua: non flegma exiuit de latere xpi. ꝛ vtꝝ ipſa fuerit naturalis vł miraculoſa ignorat᷑. extra de cele. c. Cum marthe. c. In q̄dam

Aqua ſignificat populū. ſ. eucbari. ma.

Aqua baptiſmi nō purgaret pctā: niſi cōtactu xpi eſſet ſanctificata. de conſe. diſ. iiij. Nunc.

Aqua benedicta vel ſal auffert ſterilitatē humanarū rerū. coinq̄natos ſctificat ꝛ purgat. bōa alia mł'tiplicat. īſidias diaboli auertit. a fantaſmatȝ ꝟſutijs hoīes d fendit. de conſe. diſt. iij. Aquā.

**Arbitrij** libertate non neceſſitate peccata dimittunt᷑. d peni. di. vij. Null⁹ expectet. Aug⁹. li. d pe.

Arbitroꝝ duo genera quidā cōponūt inter partes ꝛ taliū arbitriū ſi fuerit iiquū reducendū eſt ad arbitriū boni viri. Alij eligunt᷑ ſub pena ꝛ illoꝝ arbitriū tenet licet ſit iniquū. Sed poteſt a ſuperiori retractari. extra de arbitris. c. Nō ſine. Et ſi per dolū tulerit ſententiā licȝ nō ꝑ appellatōem. pōt tamē per exceptōem retractari. Hec gloſa. ij. q. vj. A iudicib⁹.

Arbitri q̄ dicunt᷑. infra. Iudex alius.

Arbitriū nō tranſit ad ſucceſſorē. extra d offi. dele. c. Vno delegan.

Arbitri duo ex trib⁹ arbitris ſi cōcurrūt in ſumma: tenet illoꝝ ſentētia. Si autē omnes diſcordāt: tenet ſententia illi⁹ q̄ in minori ſumma condemnauit. de arbitris. c. Si ex trib⁹. li. vi.

Arbitri duo ꝑſentes poſſunt ꝓcedere examinando ꝛ diffiniendo ſi tertius noluerit intereſſe. circa iudices iura antiq̄ obſeruent᷑. e. c. vt q̄ſtionibus. li. vj. Gloſa. verbo. Preſente. ſȝ inter duos nō poteſt vnus procedere.

Arbiter in rebus ſpūalib⁹ laicus eſſe n̄ pt Tamen auctoritate ſupioris poteſt i laicum et clericum ſimul cōpromitti. extra de arbi. c. Cōtingit. c. Per tuas.

Arbitrorum vno mortuo expirat officiū eoꝝ: niſi aliud in cōpromiſſione exp̄mat᷑ extra de offi. iudi. dele. c. Vno delegatorum. e. de teſtib⁹. c. Preſentata.

Arbitros duo eligant qui iudicē habent ſuſpectū. ꝛ ſi duo nō concordant vocent tertiū. Et qđ duo decernunt robur tenet. extra de appel. c. Cum ſpeciali. ꝛ. eo. ca. Legitima. li. vj.

Arbitriū ſiue cōpromiſſio nō requirit iuramentū. ſed ſi preſtitū fuerit ſeruandū eſt. extra de arbi. c. Non ſine. c. Cum tēpore. c. Ex parte.

**Arbores** cōmunes ſignificant mundi amatores q̄ ſūt vaſte iuxta terram: ꝛ anguſte in ſuperioribus. atq; cōtra palma ſignificat iuſtos Nam alij fortes ſunt ad terrena. diſti. xlvij. Omnes. Grego. in moralib⁹. li. xix.

**Archa** ſignificat prelatos. Infra. Subditi prelatos.

**Archidiaconus** eſt vicarius epiſcopi. et debet omnem curam habere in clerico quantū ad viſitationem in triennio. ſi epiſcopus non poterit. extra d officio archidia. c. Ut archidiaconus.

Archidyaconus de iure preſentat et examinat ordinandos. eo. c. Ad hoc.

**Archiepiſcopus** ſi n̄ pallio r̄cepto non poteſt conuocare concilium. cōficere chriſma. dedicare baſilicas. ordiare clericos. extra de electio. c. Quod ſic.

Archiepiſcopus poteſt ſine pallio ꝛ ſandalijs celebrare. extra de auctoritate et vſu. c. Quia.

Archiepiſcop⁹ debet conſecrari ab omib⁹ ſuis ſuffraganeis ad ſedem conuocatis metropolitanam. extra de tempo. ordinan. c. Si archiepiſcopus.

Archiepiſcopus ſingulis annis cum ſuiſ ſuffraganeis prouinciale celebret concilium. alioquin ab executiōe officij ſuſpēdatur. extra de exceſſi. ꝑla. c. Cum olim

Archiepiſcopi duo non ſint in vna prouincia. diſt. cj. per totum.

Archiepiſcopus non poteſt iudicare. excōmunicare: vel abſoluere clericos ſuffraganei eo incōſulto. niſi in certis caſibus. ix. q. iij. ꝑ totum. Et glo. e. c. j.

Archieps nō pt ſibi officialē iſtituere in dioce. ſuffraganei. niſi ꝯſuetudo h̄ hēat tūc official' nō pt ꝗcꝗ: niſi ꝑus ſit appel

latum ad ipſum. et dum preſentia archi
epiſcopi poteſt de facili haberi non pōt
officialis ille cenſurā aliquā in ſuffraga
neū exercere. de offi. ordi. c. Roma. li. vi
Archiepꝰ audiat cauſas ⁊ cōmittat. vt i-
fra. Cauſe que ḋ iure.
Archiepꝰ quō ñ pōt exercere iuriſdictio
nē in ſubditos ſuffraganeoꝝ. nec etiam
dum coram eo nolunt reſpondere voca
ti q̄rulantibꝰ poteſt cenſurā eccleſiaſticā
in eos exercere: vel etiā clericos illos il-
luc mittere ꝓ iniendis vel cognoſcendis
cōtractibꝰ. Et quando ⁊ q̇d in dyoceſi-
bus ſuffraganeorū pōt: habeť. de fo. cō.
ca. Romana. li. vj.
Archiepꝰ poteſt iteratis vicibus et quo
modo viſitare ꝓuinciā. j. Viſitare. p̄t.
Archiepꝰ in ſua ꝓuincia iuriſdictionē ſu
am exercens pōt punire ſibi vel nuncijs
vel familie ſue notorios iniuriātes. etiā
ſi ſuam iuriſdictionē non impediāt. De
penis. c. Romana. li. vj.
Archiepꝰ poteſt a ſubditis ſuffraganeo
rum emendas pecuniarias petere in ca-
ſibus quibus eos poteſt excōicare. De
ſen. excō. c. Venerabilibꝰ. li. vj.
Archiepiſcopus non relaxet ſentētias la
tas a ſuffraganeis ſubditis. niſi hoc ha-
beat de conſuetudine. de ſen. excom. ca.
Romana. li. vj.
Archiepiſcopus q̄s excōmunicatos poſ
ſit abſoluere. infra. Excōicatio.
Archiepꝰ nō excedat ſtatutuʒ concilij in
concedēdis indulgētijs. de pe. ⁊ re. c. ro
mana. li. vi. infra. Indulgentia.
Archiepꝰ nō det ꝑtātem queſtoribꝰ citā-
di ſubditos ſuffraganeoꝝ qui eis nolūt
parere vt corā ipis compareāt. de pe. et
re. c. Romana. li. vj.
Archiepꝰ quō procedat quando ad ipm
fuerit appellatū. ſupra. Appellatōis cām
et ſeq̄ntibꝰ. vſq₃. Appellatōis ꝓceſſus
Archiepꝰ viſitaturus ꝓuinciā q̄ ordine
procedat. hr̄ de cēſi. c. Romana. li. vi.
Archiepꝰ ꝑ ꝓuinciā vadens: crucē āte ſe
portare ⁊ vbiq₃ in publico ⁊ ꝑuato i pō
tificalibꝰ celebrare: ac corā ſe ſine ponti-
ficalibꝰ celebrari facere poteſt. nō obſtā-
te ꝑuilegio cuiuſcunq₃. Per hoc tamē in
locis exemptis nullā iuriſdictionē aliā
ſibi acquirat. de priuile. c. Archiepiſco-
pus in cle.

**Archipreſbiteri** ſunt deca
ni rurales
⁊ ſubſunt archidyacono. extra de offi. ar
chiḋ. c. Ad hoc. Et debēt ſibi ſicut epi-
ſcopo ſuo parere: ⁊ ſuꝑ omēs p̄ſbyteros
curam gerere. extra de offi. archip̄ſbyte
ri. ca. Primo.

**Argentum** ſignificat. infra. au-
rum ſignificat.

**Arma** magis q̄ꝫ iura ſcire milites:
ſacratiſſimus legiſlator exi-
ſtimauit. C. de iure deliberā. l. Scimꝰ.
⁊. ij. q. j. c. Prohibenť. in glo.
Arma ⁊ alia ꝓhibita ſarracenis ferentes
infra. Excōicatio. §. xxvij.
Arma ⁊ huiuſmodi hereticis ferentes. i-
fra Excōicatio. §. xxvj.

**Arrogantia** eſt multuʒ vitu-
perabilis. di. xl-
ix. Hinc etenim.
Arrogantia eſt albugo in oculo. vbi. ſ.

**Ars** artiuʒ eſt regimē animaꝝ. extra
de eta. ⁊ quali. c. Cum ſit.

**Articulus** mortis ſemꝑ excipiť
q̄ñ ꝓhibetur quis ab
ſolui ab excōmunicatione. Glo. de elec.
c. Fundamenta. §. Q̄ꝛ ſi ſecus. ꝟ. mortis.
libro ſexto.

**Aſina** balaam redarguens: ſignifi
cat ſubditos humiliter reſi-
ſtētes p̄latis: dum eis iniuſta imperāt. ij
q. vij. Nos ſi. §. His ita.

**Aſſeſſor** qualis ſit et quādo aſſu
mi debet. īfra. cauſa nul
lis.
Aſſeſſor poteſt pro labore ſui officij mer-
cedem petere. Extra de vita ⁊ hone. cle
rico. c. Cum ab omni.
Aſſeſſoreʒ poteſt delegatus pape aſſume
re expenſis partium ſi eo indigeat. alio-
quin ſi non indiget: non aſſumat euʒ ni-
ſi ſuis expenſis. et relinquitur ipius cō-
ſcientie. de reſcriptis. c. Statuta. §. Aſ-
ſeſſorem. li. vi.
Aſſiſtere coram deo quid ſit. Infra. boni
**Aſſur** erat ꝟga furoris domini. Nā
per eum ignorantem gentes
flagellauit. xxiij. que. v. Remittuntur. §.
Hinc notandum. infra. Punit.

**Auara** mens nec nouit abſtinere a vetitis: nec gaudere conceſſis. nec pietati adhibere conſenſum. diſt. xlvij. Virum.

Auaricia eſt idolorũ ſeruitus. j. q. j. Cuȝ omnis. ad Coll. iij. ⁊ Epheſe. v.

Auaricia omnẽ decorem virtutũ deprauat. omnibꝫ vicijs animuȝ ſupplantat. j. Thim. vj. Radix omniũ maloꝝ eſt cupiditas. diſt. xlix. Hinc etem. §. Impetiginem. Gregoriꝰ in paſtorali. infra. Prelati debent.

Auariciã quia iudices principes ⁊ ſacerdotes ⁊ prophete ſectabanť. ideo Jeruſalem deſtructa eſt. Sicut Michee. iij. legitur. j. q. j. Judices.

Auaricia prelatorũ reprehenditur. j. Prelati debent paupertatem. ⁊c.

Auari ſunt multũ reprehenſibiles. di. xlvij. Sicut hi. Ambroſiꝰ ſup Lucã. xij.

Auarus ſemper aurum ⁊ argentuȝ videt ſemper redditus computat. gratius intuetur aurum q̃ ſolem. oratio eiꝰ ad deum aurum querit. nec ſatietas vnq̃ nec finis aderit cupiditati. ſicut mens in inſaniã verſi fantaſias nõ res ĩpas videt. ſic mens auari ſemel vinculis cupiditatis aſtricta ſemp aurum ⁊ argentuȝ videt. vt dictũ eſt. di. xlvij. c. Sic hi. Ambroſius ſup illud Luce. xij. Cuiuſdã diuitis vberes fructus. ⁊c.

Auarus eſt raptor violentus bonoꝝ aliorum. quia vltra neceſſitatem retinet q̃ alijs eſſent neceſſaria. diſti. xlij. §. Ordinandus. Jheronymus. xij. q. j. Nolo. q. ij. Aurum. quia non ſunt ſua propria q̃ nec natus ſecuȝ attulit. nec deus ſibi vt propria ſuis meritis donauit. Secũdũ Ambroſium vbi ſupra qui ait. Eſurientium panis eſt quem tu detines. ⁊c. diſt. xlvij. Sicut hi.

Auarus ſciens ⁊ hereticus neſciens dubium eſt quis magis peccet. vj. q. j. Quero. Augꝰ.

Auaro deeſt tam quod habet q̃ quod nõ habet. Fideli ſiue credenti totus mundus diuitiarũ eſt. Infidelis ãt etiã obulo indiget. Hec Jeronymus ĩ prologo Biblie. c. viij. ⁊ Auguſtinus ad Macedoniũ. xiiij. q. iiij. Quid dicã.

Auarꝰ cenſeť infidel'. vt. ſ. ꝓxime. Unde Gregoriꝰ in regiſtro. Cũ oĩs. inq̃t. auaricia idoloꝝ ſit ſeruitꝰ. q̇ſquis hãc ⁊ maxime in dandis eccleſiaſticis honoribꝫ vigilanter nõ ꝑcauet infidelitatis ꝑditioni ſubijciť etiam ſi tenere fidem verbis quã negat factis videať. j. q. j. Cum omnis.

**Auctor** delicti: delictum commiſiſſe probatur. extra dẽ ſenten. ex. c. Mulieres.

Auctoritas collata alicui vt poſſit prouidere ꝑſone idonee auctoritate apoſtolica de eccleſia vel beneficio ſine expreſſione perſone: cuius eccleſie vl' beneficij collatõ ad papã deuoluta eſſet ⁊ q̄ poſſit eadeȝ auctoritate rebelles compeſcere per cenſurã eccľiaſticaȝ. talis auctoritaſ non expirat morte concedentis. ſecꝰ ſi data ſit ſup ꝓuiſione certe perſone. de preben. Si cui nulla. li. vj.

Auctoritas tanto eſt maior quanto gradꝰ altior. diſ. xxj. Quãuis. §. In his oĩbꝫ

Auctoritates ſanctoꝝ doctorũ preferuntur auctoritati pontificum in expoſitione ſacre ſcripture. Sed in cauſis diffiniendis vbi non ſoluȝ ſcientia ſed etiam poteſtas requiriť: ecõtrario ſe habet. di. xx. c. j. per totum.

Auctores nõ cognoſcamus ĩpos gẽtiles ſi in eoꝝ dictis aliqua vera reperiamus ſed ea vt noſtra ſumamus ſicˇ hebrei ſpolia egyptiorum. diſt. xxxvij. Turbat. q̇a a deo eſt omnis ſcia. Infra. Scriptura omnis. infra. Auꝝ ſignificat.

**Audientes** leges et phiſicã. infra. Excõicatio. §. xx. infra. Rectores

de ele. c. Fundamenta. li. vj.

**Mora** ſua cuilibet nociua eſt. de re.
iuris. c. mora. li. vj. Non eſt
in mora qui poteſt exceptiõe legitima ſe
tueri. e. c. Non eſt in mora.
Mores. infra. mos.

**Moriemur** omnes ideo mortu
is miſereri debem9
xiij. q. ij. In eccleſiaſtico.
Mori renitentes quomodo orant. Fiat
voluntas tua. Et quomodo ab eo in ce
lo honorari querunt ad quẽ veniunt re-
nitentes et inuiti. e. c. Q2 pposterum.
Mors eſt triplex. corporalis. ſpũalis. ie-
hennalis. de peni. di. vij. ad finem.
Mors corporalis omnib9 eſt cõmunis.
xiij. q. ij. In eccleſiaſtico. et hec ſemper co
gitanda.
Mors propria ſiue aliena non eſt triſtan
do aſſumenda. e. c. Q2 prepoſterꝰ. c. Hũc
forſitan.
Mors peccatorꝫ peſſima. et ideo dilatio
penitentie tunc periculoſa. de pe. di. vij.
Si quis poſitus. c. Si quis autẽ. Au-
guſtinus libro de penitentia. Nec dign9
eſt in morte accipere ſolacium: qui ſe nũ
q̃ cogitauit moriturũ. e. c. Idcirco Cy-
prianus.
Mors accelerata bona eſt peccatoribus
et ex dei pietate eis accelerat̃: ne diutiuſ
peccent. de pe. di. vij. §. finali.
Morientes in bello contra infideles: ce-
lorum regnum merẽtur. xxiij. q. v. Om-
Mortis cogitatio eſt neceſſaria. et meret̃
morienti ſuo tempore gratiã. de pe. diſt.
vij. c. Idcirco. Cipanus.
Mors ſpiritualis eſt duplex. Bona qua
quis moritur peccatis. de conſe. diſ. iiij.
Ut oſtenderet. Auguſtinus in encheri.
Mala eſt cum q̇s do moritur per pecca
tum. e. c. Si baptiſati.
Mors iehennalis ſiue eternal' vbi mors
nunq̃ moritur. xxvj. q. ij. Qui ſine. Au-
guſtinus libro de ciuita. dei.
Morti comparatur dilectio. s. Dilectio
Mortui tres a chriſto ſuſcitati. Un9 in-
tra domũ: ſignificat conſenſum conſciẽ-
tie in libidinẽ. Secundus extra portaz
ſignificat pceſſum in opus. Tertius mo
le ꝯſuetudinis in ſepulchro putrentem.
De penitentia diſtinctio. ij. Sic tribus

Auguſtinus de ſermone domini.

Mortuo ne prohibeas gratiã. ſciens qꝛ
omnes moriemur. Eccleſiaſtici. vij. ⁊. x-
iij. que. ij. In eccleſiaſtico.

Mortuos lugere ex pietate nõ prohibe-
mur. e. c. Vbicunqꝫ. Sed longiori dolo
re flere chriſtianis nõ licet. quia hꝫ ſpẽm
diffidentie. Nam non amittunt: ſed pre
mittuntur. j. ad Teſſa. iiij. Non cõtriſte
mini. ⁊c. xiij. q. ij. Q: prepoſterum. ⁊ tri-
bus ſequen. Nam xp̄s fleuit reuicturũ:
nõ aũt mortuũ. e. c. Qui diuina.

Mortui beati ſciunt quid hic agit. Gre-
gorius quarto dialogoꝝ. Quid ẽ quod
neſciant qui videntem omnia vidẽt. glo
ſa. e. §. De mortuis. Sed qui in purga-
torio vel etiam mali: neſciunt quid hic
agitur dum agitur: ſed poſtea audiũt ab
eis qui hic exeunt: ea que permittunt il
lis meminiſſe. et iſtꝫ audire: vel etiaꝫ ab
alijs prout deus decreuerit. xiij. q. ij. Fa
tendum. Auguſtinus de agenda cura p
mortuis. Et gloſa vbi. s̄. §. de mortuis.

Mortui ſunt huic mundo et viuũt deo
ipi mõachi. xvj. q. j. Placuit. ſecũdo. in-
fra. Religioſi dicuntur.

Mortis propinquitas debet hominem
facere timidum. di. lxxxvj. Tanta.

Mortuis quibus et que ſuffragia ſubue
niunt. Supra. Anime.

Mortuis in peccato mortali non pſunt
ſuffragia. xiij. que. ij. In preſenti.

Mortuis quibus et quid prodeſt ſepul-
tura in ſacro loco. e. cap̄. Qui oblatões.
cap̄. Non eſtimemus.

Mortui poſſunt excõmunicari et accuſa
ri in certis caſibus. xxiiij. q. ij. c. vltimo.

Mortui heretici accuſari et excõmunica
ri poſt mortem debent et certi alij. Su-
pra. Accuſari.

Mortuus poteſt abſolui ab excõmunica
tione. extra de ſenten. ex. c. A nobis.

Mortuum pallis ſacris inuoluentis pe-
nitentia. ſupra canone. xxiiij.

Mortuoꝝ corpa transferẽtes. s̄. Excõi-
catio. §. xxiij. Et indebite ſepelientes. e.
§. xxiiij.

## Mos

Mos eſt longa conſuetudo de mori
bus tm̄ tracta. di. j. c. Mos ẽ
Mos ſumit pro iure nõ ſcripto. Mores
autem pro frequentibus actibus homi-
num. vbi ſupra in gloſa.

Moribus bonis eorum cum quib' viuit
conformari quilibet debet. diſt. xij. Illa
autem. Auguſtinus ad Januarium. ſu-
pra. Conformare.

Moribus conformari debemus qui au-
ctoritate ſtatuti ſunt vel in eadem eccle
ſia generaliter et immutabiliter obſeruã
tur. diſtin. xij. Omnia talia.

## Motus

Motus beſtiales non imputãtur
reluctantibus vel nõ con
ſentientibus. xv. q. j. Si concupiſcentia.
Auguſtinus li. j. de ciuita. dei. c. Non eſt
Ambroſius de vita beata.

## Mulier

Mulier facta eſt de coſta viri vt e-
iuſdẽ nature eſſe oſtendat
non de pede: ne omnino videretur famu
la. nec de capite ne videret domina: ſed
de coſta: vt collateralis videretur. xxxiij
que. v. Nec illud. iũcta glo. v̄. Coſta.

Mulier ſubeſſe debet viro lege naturali.
xxxiij. q. v. Eſt ordo. c. Hec imago. cap.
Satis. Auguſtinus de queſtionib' ve-
teris et noui teſtamenti. Et ſi non ſubij-
citur viro: peccat. ſicut vir cum nõ ſubij-
citur chriſto. Et cum ipa viro imperare
vult: blaſphematur verbum dei et chri-
ſti euangelium infirmatur et lex nature.
eo. cap̄. Cum caput. Jeronymus ſuper
epiſtolam ad Titum.

Mulier debet caput velare. quia non eſt
imago dei. ſupra. Jmago. Et quia pua-
ricatio per eam cepit. et vt oſtendat ſub-
iecta viro. xxxiij. q. v. Mulier. Ambroſi
us ſuper primã epiſtolam ad Corinth.

Mulier comã deponens in contemptuꝫ
iuris ſubiectionis anathema ſit. diſtinc.
xxx. Quecunqꝫ.

Mulier vtens veſte virili vt aptius ma
liciam exerceat anathema ſit. e. cap̄. Si
qua mulier.

Mulier recedens a viro. ſcilicet ſine con
ſenſu vinculo coniugali ſoluto in cõtem
ptum nuptiarum anathema ſit. e. Si q̄
mulier.

Mulier non debet predicare quantum-
cunqꝫ docta et ſancta. nec monialis. nec
confeſſiones audire. nec moniales bene
dicere. diſtinctione viceſima tertia. cap̄.
Mulier. extra de penitentia et remiſ. c.
Noua.

Mulieres clericis nō miniſtrent ad alta
re. extra de coha. cle. c. Inhibendum.
Mulier poſt partum actura grās pt ſta/
tim intrare eccleſiā: niſi ꝓ reuerētia velit
remanere. di. v. Cum enixa. extra de pu
rifi. poſt partum. c. vnico.
Mulier mēſtruata poteſt recipere cōmu
nionē. di. v. Ad eius. e. c. j.
Mulieri poſt partū infra tempus purga
tionis nō cōmiſceaꝛ vir. diſt. v. Ad eius
eodē. cap̄. ṗmo.
Mulieri mēſtruate nō cōmiſceaꝛ vir. eo.
ca. Ad eius. Si ꝯſuetū eſt menſtruū.
Mulier colores ⁊ fucos nō procuret. de
conſe. di. v. Fucare.
Mulier vel vir intrās monaſterium ſine
conſenſu coniugis. j. Uotū ꝯtinētie.
Mulier quādo et quō viro reſtituaꝛ. In
fra. Reſtitui quando.
Mulieres ſuſpectas ſacerdotes vel cleri
ci ſecum nō habeant. etiā ſi ſit amita vel
ſoror. ſed alibi eis neceſſaria ꝓuideāt. ex
tra de coha. cle. c. Inhibendum. ſecus ſi
non ſint ſuſpecte. e. c. A nobis.
Mulieris fornicantis cum ſacerdote pe
nitentia. s̄. Fornicans mulier.
Mulier propter adulteriū ṗuanda ē om
nibus bonis viri. extra de ꝯſuetu. c. Ex
parte veſtra.
Mulier iuſte credens virū mortuū: lici/
te poteſt cōtrahere. Compelliꝛ tn̄ redire
ad ṗmū poſtq̄ꝫ cognouerit eū ſupuiuere
xxxiiij. q. j. Cum ꝑ bellicā. Si aūt dubi
tat de morte viri non debet contrahere.
Sed ſi contraxerit: teneꝛ q̇dem debitū
reddere petenti: ſed exigere nō pōt. Ex/
tra de ſecūdis nup. c. Dn̄s noſter. Et in
tali caſu poteſt vir ſuus eam repellere ꝓ/
pter adulteriū admiſſuꝫ. Si tamē audi
uit eum mortuū etiā per falſum rumorē:
tunc eam de adulterio accuſare non po
terit. niſi ipa rumorē ꝓcurauerit. vt. ff. d
adulterijs. miles. §. Mulier. Hec ī glo/
ſa. xxxiiij. q. j. circa ṗncipiū.
Mulier poteſt teſtificari cōtra preſbyte/
rū. extra de teſti. ⁊ atte. ca. Quoniā aliq̄.
Gloſa in cauſa ciuili vel crimīali: aut ir
regularitate ciuiliter in modū exceptio/
nis oppoſita. extra. e. c. Tam litteris.
Mulier nō poteſt accuſare clericū de for
nicatione cū ea facta. xv. q. iij. per totum

Mulieres ꝑſonaliter ad iudiciū in qua/
cunq̄ꝫ cauſa in iure nō exp̄ſſa nō ſunt in/
uite trahende. Cum vero neceſſariū fue
rit teſtimoniū ipaꝝ: iudex mittat tabelli
onē aut aliā idoneam perſonā ad eas: ex
penſis producentis: vel caſu id exigen/
te iudex ipe vadat. Si aūt iudicis con/
ditio ipm ire ꝓhibeat mittat ad eas. nec
fingatur caſus q̄ iudex ꝑſonaliꝛ vadat:
nec fraus interueniat. alioq̇n fictor ē ex/
cōmunicatus. Si quid contrariū fit ir/
ritum erit. de iudicijs. c. Mlieres. li. vj.
Mulierum iuramentum. s̄. Iuramentū
mulierum.
Mulier poteſt eſſe arbiter clericoꝝ ī cau
ſa ciuili. extra de arbitris. c. Dilecti filij.
Mulier non poteſt eſſe iudex. xv. q. iij. §
E contra.
Mulier poteſt conferre prebendas. Ex/
tra de teſti. et atte. c. Dilecto filio.
Mulier que machinata fuerit in mortē
coniugis ſine ſpe cōiugij manebit. xxiij.
q. iij. Admonere. extra de diuor. c. ṗmo.
Mulier nō teneꝛ obedire eccleſie in red/
dendo debitū contra certā conſciam. ex
tra de reſti. ſpolia. c. Lr̄as. §. Porro. imo
et potius ſuſtinere excōmunicatōeꝫ. Ex
tra de ſenten. ex. c. Inquiſitioni.
Mulier ſepeliri debet. j. Sepeliri.

## Multitudini delinq̄ntiū pciꝛ in correctōe. di.

xliiij. Comeſſationes.
Multitudo inducit diſpenſationē. extra
de tempo. ordi. c. Sane.
Multitudini parciꝛ vel vbi peccans ha
bet multitudinē ſociā. xxiij. q. iiij. Nō po
teſt. Auguſtinus.
Multitudo peccantiū inducit libertatē
peccandi. quia correctionē ꝓhibet. arg.
ibidē. verſus. Ob populū multū crimen
tranſit inultū. extra de tpi. or. ca. Sane.
in gloſa.

## Mundus non eſt amandus: ſꝫ contēnendus. ſupra.

Amandus.
Mundi amatores fortes ſunt in terrēis
debiles in celeſtibꝫ. ſicut arbores īfra va
ſte. ⁊ ſupra anguſte. Hec⁹ eſt in palma q̄
iuſtos deſignat. diſt. xlvij. Omnes. Gre
gorius in moralibꝫ.
Mūdicia duplex. ſcꝫ corꝑalis et ſpūalis

diſtin.xxxi. Lex.
Mundus debet eſſe qui alios vult mundare.i.q.i. Neceſſe eſt.

**Munus** placet.ſupra. Abel. Supra. Elemoſyna. Infra. Offerentis.
Munus triplex eſt.a manu. a lingua. ab obſequio.i.q.i. Sunt nōnulli.
Muneris ſuſceptio eſt veritatis peruerſio.xi.q.iij. Qui nō recte.

**Mus** in pera.ignis in ſinu. ſerpens ī gremio.male ſuos hoſpites remunerāt.xiij.q.i.§. Ad hec. Sic iudei xpianos.extra de iudeis.c. Et ſi iudeos

**Mutare** conſilium quis non pōt in alterius detrimentuꝫ de regulis iu. Mutare.li.vi.
Mutant et variantur ſtatuta nō incōuenienter humana ſm varietatem temporum:ex quo deus nōnulla veteris teſtamenti ſtatuta mutauit in nouo.extra de conſang.c. Nō debet.

**Mutilatus** manu non pōt ordinari.et ſi qs mutilatus fuerit in abbatem tacito vicio ꝑmotus:āmoueat.extra de corpo. vici.c. Expoſuiſti.
Mutilans ſibiipi virilia:homicida reputatur.di.lv. Si quis abſciderit.

**Mutus** canis dicit prelatus: correctionē vel redargutiōeꝫ negligens.di.xliij. Sit rector. Gregorius in paſtorali.c.xv.

**Murmurantes** ſunt puniēdi. Nam filij iſrahel murmurantes:ſunt a ſenpertibus interfecti.di.xc. Alienos.

**Nabuchodonoſor** rex fuit ⁊ pharao.⁊ vterqꝫ ꝓ delictis a domino flagellatus eſt. Unus inter flagella emendat.⁊ alter īdurat.xxiij. que.iiij. Nabuchodonoſor.

**Natio** clericoꝝ inſtituendoꝝ in eccleſijs nō eſt attendenda.extra de inſtitu.c. Ad decorem.

**Narrandi** diuerſitas nō obſtat vbi eadem dicūtur extra de verbo.ſig.c. Nil obſtat.

**Naſus** ſignificat diſcretionem per quam virtutes eligimus⁊ vicia reprobamus. ſicut per naſum odores fetoreſqꝫ diſcernimus. Cantico. vij. Naſus tuus ſicut turris que eſt in libano.di.xlix. Hinc etenim. Gregorius in paſtorali.
Naſus paruus eſt qui ad menſurā diſcretionis nō eſt idoneus. Grandis et tort⁹ eſt imoderata ſubtilitas diſcretōis. et tales offerre domino ꝓhibent. Leuiti.xxi diſtin.xlix. Hinc etenim.

**Natalium** defectum patientes ſupra. Filij.ſ. Illegitimi.ſ. Legitimi.
Natalium cauſa pertinet ad foꝝ eccleſiaſticum.extra de ordine cogni.c. Tuam non credimus.

**Natiuitas** nature primo eſt in vtero.ſcꝫ in ꝯceptu de conſe.di.iiij. Firmiſſime. Auguſtinus ad Petrum diaconum.
Natiuitas nature alia eſt ex vtero.de cō. diſtin.iiij. Quiſquis. Auguſtinus de baptiſmo paruulorum.
Natiuitas gratie.quādo quis naſcit per baptiſmū.e.c. Qui in maternis. Iſidorus.i.libro ſententiarum.
Natiuitas glorie quando depoſita penalitate ad vitā ingredimur.xxiiij. que.ij. Sane.de conſe.di.iiij. Per baptiſmum
Natiuitas xpi ſi in feriaꝫ ſextam venerit. Supra. Ieiunare non tenentur.

**Natura** multis modis dicitur.ſupra. Ius naturale.
Naturalis equitas. Ibidem.
Natura ſiue natiuitas aut cōditio neminē apud deum deꝑmit:ſi alias bon⁹ fuerit.xxxij.que.iiij. Recurrat.
Natura humana prona eſt ad malum. extra de purga.cano.c. Cum in iuuētute.
Natura cedit miraculo ſicut in ſacramento eucharistie.extra de celebra.miſ.cap. Cum marthe.

**Nauigantes** ſpolians:excōmunicatus eſt ſupra. Excōmunicatio.§.xv.

**Naufragium** patientes ſpolians eſt excōmunicatus.extra de raptoribꝫ.c. Excōmunicationi.ſ. Excōicatio.§.xv.

**Neceſſitas** facit licitum quod alias nō licet in lege. Nam neceſſitas nō eſt ſb lege. Beda ſup Marcum. extra de reg. iuris. c. Qō nō eſt. extra de ferijs. c. Licet. c. Cōqſt⁹.

Neceſſitas nō habet legem. ſed ipa ſibi facit legem. j. q. j. Remiſſionem. extra de regulis iu. Qō nō eſt. extra ō ferijs. c. Cōqueſtus. e. de obſer. ieiu. c. Cōſiliū. §. fi.

Neceſſitas excuſat piuriū. extra de iureiuran. c. Querelam.

Neceſſitas ē duplex. ſiplex vt neceſſe ē oēs hoīes mori. ꝛ ɔditionis. vt ambulantē neceſſe ē ābulare. xxiij. q. iiij. Nabuchodonoſoꝛ. §. Quāuis.

Neceſſitatis actus nihil merer̃ vel demeretur. de pe. di. ij. Si enim. circa mediū Jeronymus.

Neceſſariū cito ſoluit̃. quod aūt voluntate arripit̃: pſeuerat. de cō. di. v. Quicqd.

Neceſſitate cōceſſa ceſſant ipa ceſſante. j. que. j. Qō pro neceſſitate. In argumentum t... qui nequeunt q̄ ꝓpter neceſſitatē aliquādo ſunt conceſſa. de re. iu. c. In argumentū. libꝛo ſexto.

**Negat** deum peccatoꝛ quotiēs perverſe agit. xj. que. iij. Exiſtimant vel eſtimant.

Negatur ſapiens p inſipientiā. iuſtus per iniquitatē. verus per mendacium. ſctūs per turpitudinē. foꝛtis per imbecillitatē

Negato vno reliqua concedunt̃. diſ. xxv. Qualis. et ecōuerſo. Ibidem in gloſa. ſupꝛa. Conceditur.

Negans vnū obiectoꝝ: alia tacendo cōfiteri intelligit̃. ſm̄ Gregoꝛiū ſup illo Jo. viij. Nonne bene dicim⁹ quia ſamaritanus es tu. et dc. habes. extra de pſump. cap̄. Nonne bene dicimus.

**Negatiue** poſitiones cum ꝓbari poſſunt p ɔfeſſionē aduerſarij: ſunt admittende. de cōfeſſis. cap̄. Statuimus. libꝛo ſexto.

**Negligentia** eſt eruditōis nouerca. di. lxxxiij. Nihil.

Negligentia rectoꝝ cedit in diſcrimē ſubditoꝝ. ducen. xl. Si papa.

Negligentie rectoꝝ imputatur culpa ſubditoꝝ. diſt. lxxxvj. Inferioꝛum.

Negligentia plati et fraus equiparantur extra de offi. archi. c. Ea que.

Negligens emendare peccantē: culpā habet facientis ꝛ ɔuincit̃ ɔſentire: vñ eadē pena punit̃. di. lxxxvj. c. Culpā. ſ. Coꝛrectionē. ſ. Conſentiēs.

Negligēs ſuā iuſticiā ei imputat̃. extra de verbo. ſigni. c. Dilecto filio.

Negligenti in regimine debet dare ſupeꝛioꝛ coadiutoꝛem idoneum. de ſupplen. negli. c. Grandi. libꝛo ſexto.

**Negociari** cauſa lucri clericis nō licet. niſi neceſſitatis cauſa. diſt. lxxxviij. per totum. Extra ne clerici vel mo. c. Multa. xxj. q. iij. per totum.

Negociari eſt que vilius comparant̃ velle carius vendere. di. lxxxviij. Quid eſt.

Negociatio nō eſt in ſe mala. e. c. Qm̄ nō

Negocia ſecularia clericis ꝓhibent̃. xxj. q. iij. per totum. Secularia negocia dicūt omnis carnalis ɔcupiſcētia. extra ne clerici vel monachi. c. j. j. Secularia.

Negocia ſecularia trib⁹ modis exercētur ſcꝫ aliquid emendo vt carius vendatur et hoc nō licet clericis. vt. ſ. Negociari cauſa. Secūdo cauſas ſeculares exercēdo. ꝛ hoc iterū nō licet eis. niſi p certis pſonis. vt in ꝓpꝛia cauſa vel eccleſie vl' miſerabilis pſone. extra de poſtulādo. c. clerici. Tertio ſi ſit procuratoꝛ vel adminiſtratoꝛ ſeculariū reꝝ. et hoc eis ēt non lꝫ. extra ne clerici vel mo. c. Sacerdotib⁹. ca. Sed nec. Quarto eſt conducere poſſeſſiones a laicis. ꝛ hoc licet eis. ꝛ etiam monachis. extra de decimis. ca. Dilecte. Hec gloſa. xxj. q. iij. Q autem.

Negociatoꝛem clericum. ex inope diuitē factum. ꝛ ex ignobili gloꝛioſum. q̄ſi quādam peſtem fuge. di. lxxxviij. c. negociatoꝛem. Jeronymus.

Negociatoꝛ ſiue mercatoꝛ nunq̄ pōt deo placere. ille ſcilꝫ qui rem comparat vt eā integrā vel immutatā vendendo lucret̃ diſ. lxxxviij. Ejciens dominus. Criſoſtomus ſup Mattheū. ſ. Emens.

Negocium dicitur quaſi negans ocium. ſcilicet ſanctum. Et ideo malum et a templo pꝛohibitum. diſ. lxxxviij. Quoniam non cognoui. Auguſtinus.

Negocium requirit circūſtantias. ſ. factum vt bene.

Negocium multa ſignificat. et dicit quaſi ſine ocio. negocium in cauſis eſt. negociatio in commercijs. extra de verbo. ſignifica. cap. Forus. §. negocium.

Negociatio. s. proxime.

Negociatorem excuſat vel accuſat qualitas lucri. de peni. di. v. Qualitas.

Negocia quedam vix aut nunquam ſine peccato exhiberi poſſunt. Que ergo ad peccatum implicant: ad hec neceſſe eſt vt poſt conuerſionem animus non recurrat. ſed

Negocium quod ante conuerſionem ſine peccato extitit poſt conuerſionem repetere culpa non fuit. de peniten. diſ. v. negocium. Gregorius. omelia ſup illo Johannis vlti. Uado piſcari.

Neophitus dicitur nouiter in fide vel religione plantatus. di. xlviij. Sicut neophitus. Gregorius Siagrio epiſcopo.

Nerui teſticulorum leuiathan perplexi ſunt. Job. xl. Gregori. in moralibus. Quia ſuggeſtionum illius argumenta implicatis inuentis alligantur. diſ. xiij. nerui. Gloſa. Omnia actiue intelligas. implicatis. id eſt implicantibus perplexi. id eſt. perplectentes. inuentis. id eſt inuentionibus. Hec gloſa.

Neſcire quedam melius eſt quam ſcire. di. xxxviij. Quamuis.

Nigromantia fit commixtio ne cruoris et aque. et videntur ibi mortui reſuſcitati. xxvj. q. v. nec mir. Auguſtinus de natura demonum.

Nimia miſericordia melior eſt quam nimia iuſticia. xxvj. q. vij. Alligant. Crim. s. Miſericordia.

Niniuite per penitentiam ſententiam ſubuerſionis reuocauerunt. ſed poſtea relapſi eandem pertulerunt. de peni. diſti. iij. Sicut enim ait Jeronymus in Jonam.

Nobilitas morum plus ornat quam generis. diſtin. xl nos. Gregorius. Nec virtus parentum filium nobilitat. vel econuerſo. diſtin. lvj. Nunquam.

Nobilitas non loco vel genere: ſed virtutibus acquiritur. diſtin. xl. Illud. cap. Adam. s. Locus. Et talis deo gratum facit. Ibidem. et extra de preben. et digni. cap. Venerabilis.

Nocturnam illuſionem inuiti patientes non peccamus. ſed tunc peccamus ſi antequam illudamur cogitationum affectibus preueniur. diſtin. vj. Teſtamentum. c. Non eſt. Iſidorus primo libro ſententiarum.

Nomine ſuo quod quis non poteſt: hoc non poteſt nomine alieno. diſtin. lxxxvj. Sicut. xxiij. que. viij. His a quibus. s. Licere.

Nomen non facit epiſcopum nec prelatum ſed vita. ij. q. vij. §. His ita. ca. non omnes.

Nominantes ſolum non tamen eligentes ſcienter indignum: licet grauiter peccant non tamen priuantur poteſtate eligendi niſi ex votis eorum cum alijs communis electio ſubſequatur. de ele. c. Perpetuo. libro ſexto.

Notariorum exactio refrenetur: nec iudices cum illis participent. de reſcrip. c. Statutum. libro ſexto.

Notarij ſcribentes vel dictantes ſtatuta contra libertatem eccleſiaſticam. s. Excommunicatio. §. xiiij.

Notarij obſequentes ſenatori vrbis non legitime electo. e. §. viij.

Notorium publicum. manifeſtum. et fama differunt. vt in gloſa extra de coha. cle. c. Veſtra. verbi. notorium. Fama enim eſt ille ſe dignitatis ſtatus: vita et moribus approbatus: in nullo diminutus. Et talem negligens crudelis eſt. xij. q. j. nolo. Fama vero. ſcilicet que probat. quandoque ex ſcientia. quandoque ex ſuſpitione. quandoque ex certo auctore. quandoque ex incerto procedit. de conſe. diſtin. v. Sanctum eſt. Manifeſtum autem dicitur quod ex ſcientia et certo auctore procedit. et quod poteſt probari. xij. q. iij. Eorum qui accuſantur. Idem quandoque etiam dicitur occultum quod probari poteſt. vt hic. Manifeſtum dicitur quandoque de quo conſtat per confeſſionem vel probationem vel euidentiam facti. Extra de ver. ſigni. capit. Cum olim. Sed hoc potius dicitur notorium. vt extra de coha. clerico. c. Queſitum. Hec gloſa.

Notorium facti eſt quod ſe exhibet cōſpe-
ctui hominum: ꝛ nulla poteſt tergiuerſa-
tione celari. extra. e. ca. Tua nos. c. Que-
ſitum. In tali appellans nō auditur. Ex-
tra de appella. c. Cum romana. in fine. c.
Peruenit. Notorium iuris eſt ḋ quo q̇s
in iure condemnaẗ: vel in iure ꝯfeſſus ē.
extra de coha. cap̄. Queſitum. c. Ueſtra
Et in hoc ſi negatur requiritur quādo-
q; probatio. extra de ſen. ꝛ re iudi. c. ſic̄.

Notorium preſumptōis eſt quod vere ꝓ-
bari nō poteſt. vt filiatio. paternitas. cō-
ſanguinitas. ꝛ huiuſmodi. Hec gloſa ex-
tra de coha. cleri. c. Ueſtra. verbi. noto-
rium. Occultum pene dicitur qḋ ab ec-
cleſia toleratur: nec habet operis euidē-
tiam. Item licet a pluribus ſciatur et ꝓ-
bari poſſit: tamē occultum dicitur quod
ab eccleſia toleratur. eodem. ca. Ueſtra.
iuncta gloſa. verbi. Occultum.

Notorium factum nō requirit probatio-
nem. extra de teſti. cog. c. Super eo. nec
indiget accuſatione nec teſte. extra ḋ co-
ha. c. Ueſtra. Recipiuntur tamen in no-
torijs teſtes ad cautelas. extra de elec. c.
Bone memorie. ʝ

**Nouale** eſt ager nunc primū ꝓſci-
ſus. extra de verbo. ſigni-
fi. ca. Innouate. de q̄uo nō extat memo-
ria ꝙ cultus fuerit e. c. Quid per noua.

Noualium priuilegia religioſis conceſſa:
intelliguntur de noualibꝫ quorū decimas
poſſunt ſine ḡui detrimento ꝓrochial' ec-
cleſie detinere. e. c. Quid per nouale.

Noualium iura pertinent eccleſie in cuiꝰ
parrochia conſiſtunt. de decimis. capit.
Statuto. li. vj. §. Decime.

Noualium decimas fraudātes. §. Excōi-
catio. §. xxij.

**Noui** operis nunciatōne facta quic-
quid ante remiſſionem factuꝫ
fuerit: tenetur edificans proprijs ſūpti-
bus penitus demoliri. non obſtāte ꝙ ab-
ſens fuerit. extra de noui operis nuncia.
cap̄. Cum ex iniuncto.

**Nouicij** tam in fide ꝙ̄ i religione
debent auſterius ceteris
viuere. de conſe. di. v. neophiti.

Nouicioꝝ habitum per annum geſtans.
Supra. Habitus nouicioꝝ.

Nouicioꝝ habitus qualis ſit. Ibidem

Nouicius infra annum ꝓbationis libere
poteſt ad ſeculum redire. niſi euidenter ap-
pareret ip̄m nō ſolum ꝓbare: ſꝫ vitā mu-
tare intēdiſſe. extra de regula. c. Statui-
mus. §. Minoribꝫ. ʝ. Profeſſus.

Nouicius quādo iudicatur ꝓfeſſus. §. Ha-
bitum religionis. ʝ. Religionem ante q̄r-
tuordecimū.

Nouicios ad ꝓfeſſionē recipientiū an̄ ter-
minū pena. §. Excōicatio. §. xxj. §. Mi-
noribus. vbi et tempus ponitur pro ſingu-
lis ordinibus.

Nouicius nō cēſetur religioſus. eſt tamē
perſona eccleſiaſtica et gaudet eadem li-
bertate. de ſen. excom. c. Religioſo. li. vj
iuncta gloſa verbi. nō poſſit.

Nouicij non interſint cum profeſſis in ele-
ctione niſi ſint tacite profeſſi. de ele. cap̄.
Ex eo. li. vj.

Nouicij poſſunt eligi epiſcopi anteꝙ̄ ꝓfi-
teantur et poſt. e. c. nullus. li. vj.

**Noxie** exequitur pro remedio inſti-
tutum. §. Malicia.

**Nubere** alteri nō poteſt mlier ſa-
cerdotis vel in ſacris cō-
ſtituti relicta. di. xxviij. Quia ſunt. ꝛ ca.
ſequenti.

Nubere poteſt mulier mortuo viro: non
etiam ſeruato tempore luctus. extra de
ſecundis nup. c. Sup illa.

**Nudi** nec contendere nec inermes
nos inimicis opponere debe-
mus. de reſti. ſpo. c. Freq̄ns. li. vj.

Nudus eſt qui caret iuſticia ꝛ iudicio. de
peni. di. ij. Sapiens. Ambroſius de vi-
ta beata. Item carens innocētia. c. capi.
Sed nec adam. Ambroſius li. de yſaac

**Nulitatem** ſententie allegās
ſupra. Allegans.

**Numero** maiori nō ſemꝑ ſtatur
niſi et ipe ſit ſanior. ex-
tra de ele. c. Eccleſia veſtra.

Numerus duplex reprobatur. §. Duplex

**Nundine** negociatōnes. vel tu-
multus cuiuſcunq; fo-
ri non fiant in eccleſijs ꝛ cimiterijs. De
emuni. c. Decet. li. vj. §. Ceſſent.

**Nuptie** dicuntur ab obnubendo
quia ob pudoris gratiaꝫ
debent puelle caput celare. xxx. q. v. nec
illud. Amb. li. de pr̄iarchis.

Nuptie terram replent. virginitas celum xxxij. q. j. nuptie. Ambrosius.

Nuptie quare admittuntur. xxvij. que. j. nuptiarum.

Nuptias condemnantes: anathema sint di. xxx. Si quis ꝑter. di. xxxj. Si quis vituperat. c. Quicunq;.

Nuptias accusans tanq; illicitas ⁊ nubētes nō saluandos dicens: anathema sit. dist. xxx. Si quis nuptias.

Nuptie secunde aliquando benedicūtur cum quis secundario ducit virginem. et hoc vbi talis consuetudo est. et papa sciens tolerat. Glosa extra de secundis nuptijs. c. Vir autem.

# OBedire regibꝫ.

Est gn̄ale ꝗꝑe pactum societatis humane suis obtemperare regibꝰ. dis. viij. Que ꝯtra mores. Augustinus libro. ij. confissionum.

Obedire est quicquid a supiori vtilit̄ fuerit imperatum obtempare. xxiij. q. j. Sūma. Grego. in epl'a militibꝫ ī neopoli.

Obedire opꝫtet deo pͥncipaliter. ⁊ deinde semper maiori p̄ minore. disti. viij. Que contra. Augustinus libro secundo ꝯfessionum.

Obedire omnes tenent̄ pape. ⁊ deinceps inferiores superioribꝫ ordine suo. dis. xciij. cap̄. Obedientiam. ⁊ infra.

Obedire debent episcopis omnes principes terre: scd̄m preceptum petri. extra d̄ maiori. et obe. c. Omnes.

Obedire principibus nolens: morte moriatur. e. c. Si quis.

Obediendum non est in his que sunt contra deum: sed magis humiliter sustinenda est excōmunicatio vbi cōscia certa. e. extra de restitu. spolia. capi. Litteras. §. porro. extra de sentē. ex. c. Inquisitioni. supra. Mandato.

Obediendum nō est in cōtrarijs diuinis preceptis. quia oportet deo obedire magis q̄ȝ hominibus. Actuū. qnto. xj. q. iij. Non semper. Augustinus. c. Si dominus. Jeronimus in epl'a ad Ephesios.

Obedire oportet semper maioribus potestatibꝫ vbi minores contrarium iubent. co. c. Qui resistit. Augustinus.

Obedientia sola est que fidei meritū possidet. sine qua fidelis quisq; infidelis esse cōuincit̄. quia scelus idolatrie est nolle acquiescere. viij. que. j. Sciendū. Gregorius.

Obedientia omnibus necessaria est ⁊ meritoria. vbi supra.

Obedientia iure victimis preponit̄. Nā melior est obedientia q̄ȝ victima. j. Reg. xv. Quia in victimia aliena caro: sed in obedientia ꝓpria volūtas mactatur. viij que. j. Sciendum. Gregorius in moralibus. libro. xxxv. distin. xxix. extra de ma. et obedien. c. Illud dominus.

Obediētia aliquādo si de suo aliquid habet. nulla est. vt cum mūdi huius successus vel locus superior imperatur. Nam virtutem sibi obedientie euacuat qui ad hec ex proprio ābelat. Aliquādo vero si de suo aliquid non habuerit: minima est. quia obedientie sibi meritum minuit qui ad huius vite despecta inuit' nolensq; descendit. viij. q. j. Sciendū. Gregorius in moralibus.

Obedientia q̄lis et a quibus superioribꝫ debet exhiberi. distin. xciij. per totum

Obedientie causa bonum desercere: malū aūt facere nō licet. xj. q. iij. Quid g̊. Gregorius.

Obediendum est in dubijs. et tunc obedientia excusat. xxiij. q. j. Quid culpat̄.

Obedientia nullū debet inducere ad malum faciendum. xj. q. iij. Quid ergo. cap̄. Non semper.

Obedientiam manualem debent subditi facere suo prelato et sine scriptura ac iuramento. extra de iureiu. c. Nullus. Nisi essent suspecti. extra de maio. ⁊ obedi. Cum in ecclesijs.

# Obijciens

Exceptionem obijciens non videt̄ de intentione aduersarij confiteri. de re. iu. cap̄. Exceptionem. li. vj.

Obijciens in formam electōnis vel personam electi. §. Appellantes contra.

# Obtulit

se christus semel in precium sempiternum. ⁊ nos quottidie offerimus in memoriam illiꝰ de conse. di. ij. In christo. Ambrosius in epistola ad Hebreos. Oblatio tūc intelligitur quando hostia et sanguis sumit̄.

eo.ca. Cum frangitur.

Oblationē peccatoris deus primo corre ſpiciens non recipit. quia ipē pm⁹ reſpexit ad Abel. de pe. diſt. v. Conſideret. §. Sumens. ſ. Donum.

Oblationes dicimus quādo de proprijs et licitis rebus eccleſie a fidelibus offert extra de verbo. ſigni. cap̄. Cauſa. ſ. Elemoſynam dans. ſ. Datum.

Oblationes diſcordantium et opprimentium pauperes nō recipiantur. di. xc. oblationes. cap̄. Eorum.

Oblationes non licet dare laicis. ſ. Decimas vel oblationes.

Oblationes debitas vel decimas aut primicias detinens et nolens reddere eccleſie excōmunicet. di. xxxij. Pret' hoc. xvj. que. j. Statuimus. ſ. Decimas.

Oblationes. defunctorꝝ teſtamenta'. donū. vel relicta eccleſijſ negās: vel nō reddens clericus vl' laicus excōmunicetur xiij. que. ij. Oblationes. et. ij. ſequen.

Oblationes. j. Offerens. j. Offerre.

**Obligatio** non tenet cōtra bona matrionij vl' bonos mores. extra de condi. ap. ca. vlt.

Obligatio turpꝫ nec de iure nec de facto tenet. extra de pactis. ca. vl.

Obligatus non eſt ſucceſſor pena āceſſoris quā precarie incurrit. extra de precarijs. cap̄. De precarijs.

Obligatoriū. Nō ē obligatoriū ꝯ bonos mores preſtitū iuramentū ƌ re. iu. c. Nō eſt. li. vj.

Obligari. Nemo poteſt ad īpoſſibile obligari. e. c. Nemo poteſt. libro. vj. Ac nullus ex conſilio: dummodo fraudulentū non fuerit: obligatur. eo. cap̄. Nullus ex conſilio. libro ſexto.

**Obſcura** In obſcuris minimū eſt ſequendum. ƌ reg. iuris. li. vj. Inſpicim⁹ in obſcuris quod eſt veriſimiliuſ: vel quod plerūqꝫ fieri cōſueuit. eo. cap̄. Inſpicimus. libro ſexto.

**Obſeruantia** dierum menſium noui anni ⁊ huiuſmodi: ſub anathemate prohibetur. xxvj. q. vij. Non licet. cap̄. Si qs. Gloſa. ſi credit aliqd ſalutis illis ineſſe.

Obſeruantes dies egyptiacos et nouum annum ⁊ dona quaſi ſub fato inuicē dātes ſiue ſomnialia nomine danielis ſcripta et alia ac eiſdem conſentiētes: ad dānationem tendunt. e. c. Non obſeruetis. Augu. cap̄. Quis exiſtimet. Aug. i encb.

**Obſtinatio** eſt conſilijs ſalutaribus nolle acquieſcere. diſtin. xlvij. Quad nos.

Obſtinari in peccatis perſeuerantes nō conſequunt miſericordiam. di. xciij. Diaconi ſunt.

Obſtinati et impenitentes merito eternaliter punient. quia voluiſſent ſemp peccaſſe. de peni. diſtin. j. Voluiſſent.

**Obtinere** Beneficium eccleſiaſticum nō poteſt licite ſine inſtitutione canonica obtineri. de regulis iuris. cap̄. Beneficium. li. vj.

**Occaſionem** damni dās dānum dediſſe videtur. extra de teſti. ⁊ atte. c. Sicut nob

Occaſio mali ſumpta de opere bono non imputatur facienti ſi bene intendit. xxiij. que. v. De occidendis. c. Non fruſtra.

Occaſio peccati fugienda eſt. In loco. diſtin. lxxxj. Valet. Iſidor⁹. In pſona. de pe. diſtin. iij. Satiſfactio. Auguſtinus. in officio. ƌ pe. di. v. negociū. ſ. negociū

**Occidere** ſeipum nemini lꝫ. Talis etiam hoc faciens ne violenter ad peccatum trahatur: homicida peſſimus eſt. ſ. Homicida eſt.

Occidens iuſte hominem iudex vel miniſter non peccat. Nec ſi miles hoſtem. xxiij. q. v. Si homicidium. Quia lex occidit malefactorem non iudex. e. Cum homo. Auguſtinus ſup Leuiti. ſ. Hōicida

Occidens ſe Sampſon excuſatur. Supra. Homicidio.

Occidens hominem vbi hoc lex generaliter nō iubet vel deus ſpecialiter homicida eſt. xxiij. q. iiij. Si non licet. Aug⁹. libro. j. de ciuitate. ca. xxj.

Occidens furem vel latronem. ſ. Furem. ſupra. Homicida eſt qui furem.

Occidendis malefactoribus vere ꝯfeſſis non negat ſm canones cōmunio ⁊ ſepultura. xiij. que. ij. Queſitum.

Occidens clericus quādo non efficit irregularꝫ ū eſ. gularis. ſ. Homicida. ſ. Irregularis.

Occidens xpianum per aſſiſſinos. ſupra. Excommunicatio. §. xviij.

Occidentis proprium filium penitentia ſupra. canone. xvj.

Occidentis preſbyterum penitētia ſupra canone. xxxviij. eſt q̄. xij. annis peniteat et conuictus vſqꝫ ad mortem careat cingulo militari. et ſine ſpe coniugij maneat. extra de peni. ⁊ re. c. Qui preſbyterū.

Occidens epiſcopum ſpoliet ipſe et heredes eius beneficijs nec vnq̄ eis alia cōferantur. extra de penis. c. Ad aures. ſupra. Excommunicatio. §. xij.

Occidentis vel mutilantis rectorē eccleſie vel alium clericum eiuſdem eccl'ie penā vide. extra de penis. cap. In q̄buſdā.

Occidit quis actu in corpore. odio in corde. detractione in ore. de penitentia diſtinctio. p̄ma. Homicidiorum.

Occiditur quis panis ſubtractione. diſt. lxxxvj. Paſce.

Occiditur delinquens per negligentiam paſtoris ſi non corrigitur. di. xliij. capi. Epheſijs. Gregorius Venācio epō.

Occiſio. Supra. Homicidium.

**Occultum** quid ſit. vide ſupra Notorium.

Occultū delictum non impedit promouendum. extra de tem. or. c. Ex tenore.

Occultum crimen prelatus non debꝫ punire. quia illud non ſcit vt iudex. Extra de ſimo. cap. Ex tue.

**Occupantes** bona vacātis eccleſie ſūt ſuſpenſi. Infra. Vacantis eccleſie.

Occupantes bona romane eccleſie. Supra. Excōmunicatio. §. xv.

Occupans eccleſias vel bona earum. ſupra. Excommunicatio. §. xvj.

Occupans vacans imperium vel bōa eiꝰ ſupra. Excommunicatio. §. xviij.

**Ocium** ſuper omnia vitandū eſt de conſe. diſtin. v. Nunq̄ Jeronymus ad Ruſticum monachū. qr

Ocioſitas et voluptas arma ſunt hoſtis antiqui ad miſeras animas capiendas. extra de renunciati. c. Niſi cum pridem §. Verum.

Ocioſo de omni verbo reddenda erit ratio. xxij. que. vlti. Quotiens. ſ. Verba ocioſa. Math. xij.

Ocium ſancte contemplationis. Supra Contemplationis.

Ocium contemplationis ſiue commodū proprium nemo debet vtilitati eccleſie preponere. xvj. que. j. Nos autē. Auguſtinus ad eudoxium. extra de renun. ca. Niſi cum pridem. Gregorius in regiſtro viij. queſtio. ſ. In ſcripturis.

**Oculis** dei omnia nuda et aperta ſunt: etiam priuſq̄ fiāt ij. que. j. Deus omnipotens.

Oculi dei ſunt epiſcopi. vj. q. j. Oues

Oculus impudicus impudici cordis eſt nuncius. xxxij. que. v. Nec ſolo. Auguſtinus de fide chriſtiana.

**Odit** deus ⁊ proijcit feſtiuitates eorum qui nō dei: ſed ſuas feſtiuitates colunt. id eſt peccatorum. xxiij. que. j. Odi. Jero. i Amos.

Odio habeantur peccata non homines. corripiantur tumidi. tolerentur infirmi diſtinctio. lxxxvj. Odio.

Odium fraternum et homicidiū pari culpa iudicantur. de pe. di. j. Homicidiorū.

Odium in corde habens; nō poteſt agere penitentiam. de pe. di. v. Falſas. Grego.

Odiunt iniqui ſemper bonos. xxiij. q. iiij. Ex his omnibus.

Odia reſtringi: et fauores conuenit āpliari. de regulis iu. cap. odia. li. vj.

Odio alterius. Non debet aliquis alterius odio pregrauari. e. c. Nō debet. li. vj.

**Offenditur** non mediocriter deꝰ: ſi iniurie eiꝰ impune dimittuntur. xxiij. q. iiij. Si is qui prelatus. cap. Si ea.

Offenſe dei ſi non corriguntur imittūtur peſtes: bella: ⁊ huiuſmodi. c. Si quos.

Offenſas ſiue iniurias proximi vlciſci debent ſuperiores. e. c. Inter querelas. ca. Queſitum.

Offenſas proprias tolerare debemꝰ non vindicare. e. c. Inter querelas. xj. que. iij Ira. Imo debemus remittere. vt. co. ca. Inter querelas.

**Offerens** recte ſed non recte diuidens peccat: id eſt qui in altari patri filium offert: ſed in eadem perſona non diſtinguit duplicē naturā. de cō. di. ij. Si credis. Amb. ſer. d̄ abel. Geñ. iiij. ſm̄. ſeptuagita iterpretes. Si recte offeras: recte autē nō diuidas peccaſti. al's. Nonne ſi bene egeris. ⁊c.

Offerentis affectum non donum de⁹ pē-
ſat. vnde viduam omnib⁹ pretulit. xxiiij
que. j. O di. Jeronymus in Amos. Naz
non offerens ex munere: ſed mun⁹ ex of
ferēte placet. quia reſpexit deus ad abel
iij. q. vij. In grauioribus. Gregorius in
paſtorali. ſ. Abel.

Offerentium deo diſpoſitio qualis. Su
pra. Aarō.

Offerre ꝓhibentur deo ⁊ ad miniſterium
ſacerdotale accedere: tam morali ꝙ̄ mi-
niſteriale. ſ. Aaron.

Offerri ꝓhibentur animalia vicioſa. ſci-
licet cecum. claudum. languidum. Ma
lach. j. ⁊ di. xlix. Sacerdotes. Jeroni. ſu
per Malach. Vide ſinguloꝝ ſignifica-
tiones in ſuis vocabulis.

Offertur eadē hoſtia quottidie a nobis
quā chriſtus in redemptionem noſtram
ſemel obtulit. de conſe. diſti. ij. In xp̄o.
Ambroſius ſuper epiſtolam ad Hebre-
os. e. c. Iteratur.

Offerre in miſſa dominicis diebus deb;
quilibet xp̄ianus. de conſe. di. j. Ois xp̄i
anus. Unde Exodi. xxiij. Non appareb
in ꝯſpectu dn̄i dei tui vacuus. Ibidem.

Offerre de rapina. j. Rapinam.

**Offendens** in vno: factus eſt omniū reus. quia
propter illud damnabitur. extra de ꝟbo
rum ſigni. c. Defleat. j. Pctōꝝ omnium.

**Officium** diuinum qualiter per ſoluatur. di. xcij. ꝑ to.

Officij matutinalis lectiones habent. di
ſtin. xv. Sancta. §. Quibus.

Officia diuinā nō alibi ꝙ̄ in eccleſijs ab
epiſcopis conſecratis celebrētur. niſi ne
ceſſitas aliud cogat. de conſe. diſtincti. j.
Qualiter.

Officium diuinum diurnū et nocturnū
precipitur clericis deuote perſoluendū.
extra de cele. miſ. cap̄. Dolentes. Et ceſ-
ſationem a diuinis nō faciant. niſi vt ſu-
pra. Ceſſationem.

Officium diuinū corrumpentis peniten
tia. ſ. Canone. xxxj.

Officia tam eccleſiaſtica ꝙ̄ alia adulato-
rie ⁊ perfunctorie perficere: nihil homi-
nib⁹ acceptabilib⁹: ſed apud deum nihil
miſerabilius ⁊ damnabilius. di. xl. An-
te omnia. Auguſtinus ad Ualerianum

Officialis epiſcopi principalis non fora
neus poteſt dari ſubdelegatus pape. de
reſcrip. c. Et ſi. in clemen.

Officialis epiſcopi eſt iudex ordinarius
non delegatus. de appella. c. Romana. li
bro ſexto. Juncta gloſa. ꝟ. Generaliter

Officialis epiſcopi ex generali cōmiſſio-
ne non poteſt inquirere. corrigere. pūire
exceſſus ſubditoꝝ. vel deponere aliquē.
de officio vica. c. Licet. libro ſexto. Nec
talis vicarius poteſt conferre beneficia
ſine ſpeciali cōmiſſione. e. c. Cum in ge-
nerali. libro ſexto.

Officialis epiſcopi ſi recuſetur. j. Suſpi-
tionis cauſa.

Official' vel cōmiſſari⁹ archiepiſcopi in
in alia dioceſi inſtitutus. ſ. Archiepiſco
pus non poteſt.

Officia monaſterij alienis monachis nō
cōmittantur. j. Prioratus eccleſie.

**Oleum** conſecratum poteſt alio oleo augeri. extra de con
ſe. ec. cap̄. Quin dubijs.

**Onus** Qui ſentit onus ſentire de-
bet et commodum. ⁊ econ-
uerſo. de regulis iu. ca. q ſentit li. vj. Itē
Rationi congruit vt ſuccedat in onere q
ſubſtituit in honore. e. ca. Rationi. li. vj
extra de maio. ⁊ obe. c. Per tuas.

**Operantium** deus plus cor da ꝙ̄ actū re
ſpicit. xv. q. vj. Si ſacerdotibus.

Opera bona nihil proſūt in peccato ma-
nenti. de cōſe. di. v. Nihil enim. Nō ha-
bet in ſe aliquid viriditatis ramus boni
operis niſi maneat in radice caritatis. de
peni. di. ij. Opponitur. Gregorius ome-
lia ſuper illo. Hoc eſt preceptum meum
Supra. Bonum.

Opera bona et peccatum commiſceri nō
poſſunt. eo. cap̄. Si enim. Jeronym⁹ cō
tra Jouinianum.

Opera bona per peccatum mortificātur.
Gregorius ſuper illo Ezech. Si auerte
rit ſe iuſtus. dicit. In perpetratione ma
loꝝ nulla debet eſſe fiducia bonoꝝ prete
ritorum. de pe. diſtin. iiij. Hoc nobis.

Opera per pctm̄ mortificata reuiuiſcunt
per penitētiā. de pe. di. iij. piū. Aug. li. d
pnia. di. iiij. Intermittētes. ⁊ ſe. di. v. cō-
ſideret. §. Pium. Auguſtinus vbi ſupra.

Opera bona in peccato facta remunerantur. ſcilicet in preſenti. De penitentia diſtinctione tertia. Pium. capitulo. Cauendum. Sanctus Gregori. omelia de Lazaro mendico. Proſunt etiam ad mitiorem penam in futuro. e. c. Si q̃s. Et vt facilius homo gratiam penitendi obtineat. de peni. diſt. v. Falſas. Grego.

Opera bona ſine caſtitate ſunt impfecta. xxxiij. q. v. Hoc ſolum. Gloſa ſaltē in affectu ſeruata.

Opera bona reprobandorum. infra. Uirtutis iter.

Opera bona ꝓpter vanā gloriam facta penā merentur: non premiū. j. que. j. Uide. Jeronymus ſuper epiſtolā ad Gal.

Opus ex voto eſt magis meritorium. Infra. Uoto ſi.

Opus ab auctore ſumit rationē efficacie non a miniſtro. Quid em̄ tibi facit miniſter malus vbi bonus eſt dominus. d͛ conſe. di. iiij. Baptiſmus talis. Auguſtinus ſuper Johannē.

Opera trinitatis ſunt indiuiſa: & ipſa operatur inſeparabiliter. de conſe. di. iij. ca. Om̄es q̃s. Aug⁹. li. de trini.

**Opinionum** tot diuerſitates iuenirentur q̃t homines: ſi ſinguli interrogarentur. de conſe. di. iiij. Sicut in ſacramentis. Auguſtinus li. de baptiſmo.

Opiniones magiſtroꝝ non ſunt contemnende: ſed fouende. extra de reſti. ſpolia. cap. Litteras. §. Nos autem. extra d͛ decimis. c. Decimā.

**Opponens** euidentem defectum ſcientie vel perſone contra promouēdum ad aliquā dignitatem: mutare non poteſt cōſilium in preiudicium alterius. Et ſi defecerit in probatione illius defectus: debet omnino remoueri a proſecutōne cauſe & puniri ac ſi in probatione omniū obiectionum defeciſſet. de electio. capi. Ab eo. libro ſexto.

Opponentes contra formam vel perſonā electionis. Supra. Appellantes contra electionem.

**Oppreſſores** filiorum ſacerdotes greci: ſi ſtudioſe fecerint: perpetuo ab officio altaris abſtineant. Non tamen publice peniteant. niſi fuerit publicum. ſed alias ſecūdū arbitrium penitentia imponatur. Extra de peniten. et remiſſio. cap. Queſitum.

Opprimentium pauperes oblatio non recipiatur. diſtin. xc. Eorum qui. cap̄. Oblationes.

**Oratio** ſanctorum non poteſt immutare iram dei: dummodo abſolute ſe ad vindictam conuerterit xxiij. que. iiij. §. His omnibus. Gregorius in moral.

Oratorium. ſupra. Domus dei. & j. Oratorium.

Oratio eſt pius animi affectus ad deum protendens. de conſe. di. j. Oñ aūt.

Oratio debet ſemper eſſe attenta & cor ad deum in ea erectū. vbi. s.

Oratio non verborum ſit: ſed cordis. De conſecratrio. diſtin. q̇nta. Nō mediocriter. Jeronymus.

Orationis tempore id ſolum homo cogitet quod precatur. claudatur contra aduerſarium pectus: et ſoli deo pateat. De conſe. diſtin. j. Quando autem ſtam⁹.

Orationis inſtantia deum capit. de peniten. di. j. Importuna.

Orationi maxime inſtent ſacerdotes. di. xxxvj. Si quis. Quia comedunt peccata hominum. j. q. j. Ipi.

Oratio dominica ſemper poſt horas ē dicenda. de conſe. di. v. Id ſemp.

Oratio dominica delet peccata venialia de peni. diſtin. iij. De quottidianis. Criſoſtomus.

Oratio mali ſacerdotis nocet populo. qz cum is qui diſplicet ad intercedendum mittitur: irati animus ad deteriora prouocatur. Gregorius in paſtorali. diſtin. xlix. §. pmo. Idem. iij. que. vij. In grauioribus. Gloſa diſtinctio. xlix. dicit. Intelligitur quando quis ex certa ſcientia eligit malum. et conformē ſuis moribus argu. vj. q. j. Ex merito.

Orandum eſt verſus orientem. diſtin. xj. Eccleſiaſticaꝝ.

Orans p martyre facit ſibi iniuriā. extra de celebratione miſſarum. cap. Cū marthe.

Oratoriū ad orandū quiſq͂ in ſua domo

habere poteſt: ſꝫ miſſas ibi celebrare nõ poteſt. de conſec. diſtinctio. j. Unicuiqꝫ Gloſa. Niſi de licentia epiſcopi.

Ordiarius iudex quis dicitur. ſupra. Judex alius.

Ordinarius in dioce. eſt ſolus epiſcopus extra de foro competen. cap̄. Cum contingat. Item officialis.

Ordinarius eſt officialis epiſcopi. Supra. officialis.

Ordinarioꝝ ſtatuta. Infra. Statuta ordinariorum.

Ordinandus ſm regulam apoſtolicā ſit ſine crimine. diſtin. xxv. per totum. id eſt ſine peccato mortali. et intelligit̃ de quolibet electo ad prepoſiturá aliquam. diſ. lxxxj. per totum. vt ⁊ nec alienis criminibus conſentiat. diſti. lxxxiij. ꝑ to. Itẽ ſit vniꝰ vxoꝛ vir. di. xxvj. ꝑto. di. lxxxiiij. ꝑ totum. Item ſit in ſacra ſcriptura peritꝰ di. xxxvj. per totum. Item ſit doctor. di. lxxxvj. per totũ. Item prudenſ in litterꝫ ſecularium. diſtincti. xxxvij. per totum. Et in negocijs ſeculariũ. diſt. xxxix. ꝑ totum. Item non vinolentus. diſt. xxxv. ꝑ totum. Item continens ⁊ pudicus. diſ. xliij. per totum. di. lxxxiiij. Sobriꝰ in cibo. diſtin. xliiij. per totum. Item nõ cupiduſ. di. xlvij. di. lxxxviij. ꝑ to. Nõ litigioſus. di. xlvj. ꝑ to. di. xc. ꝑ to. Itẽ hoſpital' diſtin. xlij. per to. di. lxxxv. per totũ. Itẽ non percuſſor. di. xlv. per totum. Itẽ ornatus moribus. di. xl. per totum. Ornatus habitu et inceſſu. diſtin. xlj. per totũ Item nõ ſit neophitus. id eſt. nouellus in fide vel religione. diſtin. xlviij. ꝑ totũ. Hec de ordinandis.

Ordinandus qualis ſit. s. ꝓximo. Itẽ. s. Aaron. vbi exprimunt̃ defectus in q̇buſ non ſunt ordinandi clerici.

Ordinandus nullus eſt īuitus: niſi neceſſitas vel vtilitas eccleſie vrgeat. diſtin. lxxiiij. per totum.

Ordinari non debent bigami. corꝑe viciati. vſurarij. publice penitentes. luſores in ſcena ludentes. furioſi. arrepticij. accipientes meretrices in vxores. habentes concubinas. diſtin. xxxiij. per totũ.

Ordinari nullus debet per ſaltum. diſti. lix. per totuꝫ. Sed ſic ordinatus recipiet ordinem ꝑtermiſſum. ſed alium quem per ſaltum recepit nõ reiteret. di. lij. ꝑ totum. Et peracta penitentia poteſt vlterius ordinari: pretermiſſo ordine prius ſuſcepto. Extra de clerico per ſaltum p. c. Tue littere.

Ordinari non debent ſerui ꝓuatoruꝫ. di. liiij. per totum. niſi manumittantur. eo. cap̄. Quicunqꝫ. ſecus de ſeruis eccleſie. quia etiam manumiſſi et ordinati ꝓpter ingratitudinem poſſunt reuocari in ſeruitutem. eodem. cap̄. Qui ex famul'. Si tamen latenter ordinẽtur: ſuis dominis reſtituantur. Diaconus autem reddat ꝑ ſe vicarium. vel ipe reddatur. Si autẽ preſbyter ſit: in gradu ſuo maneat eidem priuetur tamen peculio. Reſtitutis etiá aufertur ꝓuilegium clericorum. eo. cap̄. Ex antiquis. Juncta gloſa. j. Serui.

Ordinari non debent corpore viciati. et pena ſic ordinantium. di. lv. per totum. Secti tamen in cunabul': vl' ſic nati aut ab hoſtibus eunuchiſati poſſunt. Extra de corpore vicia. cap̄. Ex parte ſecundo ſupra. Caſtratus. s. Eunuchus.

Ordinari non debent filij preſbyteroꝝ illegitimi ⁊ alioꝝ in ſacris conſtitutorum diſtin. lvj. per totum. ⁊ in gloſa. in ꝓncipio. s. Filij.

Ordinari poſſũt ſacerdotes et clerici ab epiſcopo tm̃. diſti. lxvij. ꝑ to. di. lxviij. ꝑ totuꝫ. Abbas tamen poteſt conferre. vt ſupra. Abbas ex ꝓuilegio.

Ordinari non debent clerici ab alieno epiſcopo. et pena aliter ordinãtium et ordinatoꝝ. Niſi habeant dimiſſorias. vel niſi clericus cauſa hoſtilitatis exulat. diſtin. lxxj. per totum. Et ordinans ſcient' alienũ vel ignorãtia affectata ſine dimiſſorijs: per annum eſt ſuſpenſus a collatione ordinum. Et poſſunt clerici ipſius quando ſuſpenſio erit publica libe a vicinis epiſcopis ordinari. Ipi autem ſic vt ſupra ordinati: ſuſpenſi ſunt ab executione ſuſcepti ordinis. de temporibꝰ ordinãdoꝝ. capi. Eos qui. libro ſexto. gloſa verbi. Statuunt. Excommunicatio. §. xviij. j. Suſpendendus.

Ordinandis ab alieno epiſcopo quis dare poſſit licentiam. Supra. Licentiam.

Ordinari poſſunt priores prioratuuꝫ nõ exemptorum et eorum ſocij ab epiſcopo

in cuius dioceſi morantur. de tempo. or
dinan. cap̄. Cum nullus. libro ſexto.
Ordinari nullus debet ſine titulo. alit᷑ or
dinatus debet deponi. di. lxx. per totum
Ordinatus ad alienū titulum: ſuſpenſus
eſt. nec poteſt ſine diſpenſatione ad ſupe-
riores gradus aſcendere. nec in ſuſceptꝭ
miniſtrare. extra đ ſimo. c. Per tuaſ nob
Ordinari poteſt clericus ad titulum pr̄i-
monij: etiam ſi non conſequat᷑ beneficiū
eccleſiaſticum. extra de prebēdis. c. Tu-
is queſtionibus.
Ordinando ꝓuideat ep̄s vnde viuat. ex-
tra. eo. c. nō liceat. c. Epiſcopus. niſi de
patrimonio habeat. eo. ca. Scōm apo-
ſtolum. §. Epiſcopus qui mandato.
Ordinatus a ſimoniaco ignoranter nō ſi
moniace in ſuo ordine ſecure miniſtret. j.
q. j. Si qui a ſimoniacis. extra de ſimo.
cap̄. Per tuas litteras. Si vero ſcienter
vterqꝫ debet deponi: ⁊ penitentiā agere
j. q. j. De cetero. Hodie ſunt excōmuni-
cati et ſuſpenſi. ſupra. Excōicatio. §. xxix
Ordinati a ſimoniacis vtrum abijciātur.
ꝓma queſtio. ſexta per totum.
Ordinatus a priuatis collatōe ordinum
infra. Suſpenſio. §. v. §. xiij.
Ordinatus ab excōmunicato ignorāter:
poteſt per epiſcopum diſpenſari. extra đ
ordi. ab epi. cap̄. Cum clericis.
Ordinatus ſcienter in excōmunicatione
Supra. Excōmunicatio. §. xxxix.
Ordinatus ſcienter a ſuſpenſo: ſuſpenſus
eſt. Sed cum ignorante poteſt epiſcopꝰ
diſpenſare. extra de ordi. ab epiſco. cap̄.
Requiſiuit. infra. Suſpenſio. §. xiij.
Ordinati a ſciſmaticis ſuſpēſi ſunt ab exe
cutiōe ordinum. extra de ſciſmaticis. c.
ꝓmo. ſupra. Excōicatio. §. xxviij.
Ordinari nō debet bigamus. §. Bigamꝰ
Qui tamen duxit virginē poteſt: nō ob-
ſtante ſi ip̄a poſtea adulterata fuit. extra
de conuer. cōiuga. ca. Conſtitutus. Vi
de. j. Irregularitas ex bigamia.
Ordinari non debet coniugatus niſi ab
vxore ꝯtinentiā vouēte fuerit abſolutꝰ.
Extra. eo. cap̄. Coniugatus.
Ordinandi tempus tam epiſcoporum qꝫ
aliorum. diſtinctio. lxxv. per totum. diſ.
lxxvij. per totum.
Ordinās tempore indebito priuatur po-
teſtate conferendi ordines: ⁊ ordinati ſu
ſpenduntur ab executione ordinum: do
nec per papam reſtituuntur. extra de tē-
poribꝰ ordinan. cap̄. Cum quidam. Sꝫ
eodem cap̄. Conſultationi. dicitur qꝫ ꝑ-
acta penitentia poſſunt in ſuſceptis or-
dinibus miniſtrare. ſcilicet per epiſcopi
diſpenſationem. Non ergo licet ſacros
ordines conferre in vigilia pēthecoſtes:
extra. eodem. ca. Subdiaconus. Sꝫ ſo
lum in quattuor temporibus aut ſabba
to ante dominicam de paſſione. vel ſab-
bato ſancto. extra. eodem. capitu. De eo
Minores tamen ordines poteſt epiſco-
pus vni vel duobus conferre: et virgies
conſecrare dominicis diebus. eodem. c.
Subdiaconos.
Ordinari nullus debet niſi habeat etatis
maturitatem. morum grauitatem. ⁊ litte
rarum ſcientiam. Extra de elec. cap̄. In
cunctis.
Ordinandorum ſacerdotum etas. diſtin
ctione. lxxviij. per totum.
Ordinari ſacerdos non debet niſi perfe-
ctus. j. Sacerdos momentaneus.
Ordinari nullus debet ſacerdos nouiter
conuerſus ad fidem vel etiam religionē
diſtin. xlviij. Sicut neophitus. Grego-
rius Siagrio epiſcopo.
Ordinari poteſt in ſubdiaconum: annuꝫ
decimum octauum. in diaconum viceſi
mū. in ſacerdotem viceſimū quintuꝫ ha
Prioratus regularis vł ammiſtratio nulli committaꝛ niſi ſit expreſſe profeſſus ordinem ipm̄.de ſtatu monachoꝝ.ca.Ne in agro.§.Sane.in clemētinis.Nec huiuſmodi officia alicuius monaſterij per monachos eiuſdem gubernari ſolita cōmittātur vel officia commiſſa dimittantur monachis alterius monaſterij abſqꝫ licentia pape.contra faciētes ſunt ea vice ꝓuati poteſtate ordinādi de huiuſmodi.Sed in nō exemptis epiſcopuſ.in exemptis vero papa ordinare habebit de illis.Recipientes autem vel retinentes huiuſmodi officia ſunt ipo iure ineligibiles.de prebē.⁊ dignita.c.Cum ſingula.libro ſexto.

Prioratus pleres vel eccleſias curatas religioſus nō habeat ſine licētia pape.Infra.Religioſus habens.

Prior.Qui ꝓor eſt tempore potior eſt iure.de regulis iuris.cap̄.Qui prior.libro ſexto.extra de maio.⁊ obedien.c.j.

Priuilegium dicitur eo ꝙ i priuato feraꝛ.diſtin.iij.Priuilegia.

Priuilegium ſemꝑ debet aliquid conferre.Unde quod quis poteſt cum conſenſu prelatorum:hoc etiā poteſt per priuilegium ſine conſenſu eorum.extra de priuile.cap̄.In his.extra de verbo.ſigni.c. Abbate.§.Contra quod.

Priuilegiū a papa concediꝛ ſic ꝙ alteriuſ iuſticia nō ledaꝛ.ar.extra de ꝓuilegijs.c. Patentibus.

Priuilegium dari debet ſine ꝑiudicio alterius.extra de religioſis domibuſ.cap̄. Quia monaſterium.

Priuilegium cur:a quo et ſine preiudicio datur.§.Preiudicare.

Priuilegia dicunꝛ quaſi priuata legia.eo ꝙ priuatam legē ſingulis generent.xxv.que.ꝓma.Ideo.ante finē.

Priuilegio papali nullus vti debet in ꝑiudicium alterius.extra de auctoritate⁊ vſu pal.cap̄.Ex tuaꝝ.

Priuilegiū obtentum ſuꝑ re litigioſa ī alterius ꝑiudicium nō valet.extra de teſtibus ⁊ atteſta.ca.Cauſam que vertitur. Nec valet obtentū ſuppreſſa veritate.extra vt lite pen.ca.Dilectus filius.

Priuilegia nō debent ampliari.quia ſūt odioſa.argumentum extra de decimis. cap̄.Dilecti filij.

Priuilegij verba ſunt intelligenda.infra Uerba litteraꝝ.

Priuilegiū non reuocat compoſitionē ꝓius factam:de qua in eo nō cauetur.Extra de decimis.c.Ex młtiplici.

Priuilegium paucoꝝ non facit cōmuneꝫ legem.xxv.q.j.c.vlt.poſt medium.

Priuilegiū ſpeciale d̄rogat generali.vbi ſupra.ad finem.Etiā ſi non facit mētionem.extra de reſcriptis.c.j.§.Generali.

Priuilegium ſecundū non reuocat ꝓmuꝫ niſi faciat mentionē de eo.extra de ꝑſcriptio.cap̄.Ueniens.Infra.

Priuilegia poſteriora ꝓoribus non derogent.xxv.que.ij.per totum.niſi mentōeꝫ faciant:etiam ſi ꝓmū ſit generale.⁊ ſecūdum ſpeciale.extra de reſcrip.c.Nōnulli.extra de ꝑſcrip.c.Ueniens.Et gloſa. xxv.que.j.Oꝫ autem.

Priuilegiū quandoqꝫ tolliꝛ per ſententiā contrariam ipius concedentis.extra de ſenten.et re iudi.cap̄.Suborta.

Priuilegio exemptionis ꝑ poſteriꝰ generale mandatū ſine mētione ſpecialis nō derogaꝛ.argumentum extra de offi.iudi.ordi.cap̄.Graue gerimus.

Priuilegio libertatis non poteſt quis renunciare abſqꝫ licentia eius cuius obeſt extra de arbitris.c.Cū ꝑe.

Priuilegio libertatis ſiue emunitatis nemo renūciare poteſt in preiudiciū pape. extra de ſen.⁊ re iu.c.Suborta.

Priuilegium ceſſat ceſſante cauſa ꝓ q̄ datum fuit.argumen.extra de verbo.ſigni. cap̄.Abbate.§.His igiꝛ.

Priuilegium perſonale perſonam ſequi-
tur et extinguitur cum perſona. de regu
lis iuris.capitulo. Priuilegium.li.vj.
Priuilegiũ allegans debet ipſum oſtende
re.diſtin.c.Contra morẽ.
Priuilegium amittitur per abuſum. Naz
priuilegium meret amittere qui cõceſſa
abutitur auctoritate.xj.q.iij. Priuilegiũ
xxv.q.vltima.§.His ita respondet. Ex
tra de regularibus.c. Licet quibuſdam
Item propter delictum.xxv.que.ij. Ita
nos. Item ꝓpter contrariũ factum.extra
de priuilegijs.cap. Si de terra. extra de
conſtitu.cap. Cum acceſſiſſent. Itez per
negligentiam.ff.de nundinis.li.j. Cum
aliquis ſcilicet.nõ vtitur eo tempore de
bito.et hoc per preſcriptionẽ trigita an
norum in ſpiritualib9.in temporalib9 ve
ro decem annis preſcribit.extra de ꝑui-
legijs.capi. Si de terra. Item propter
enorme ſupueniens damnum. Extra de
decimis.cap. Suggeſtum. Hec in glo-
ſa.xxv.que.ij.c. Priuilegium.
Priuilegium alij nõ tenent ſeruare quod
is cui datum eſt non ſeruat.extra de ſen
ten.ex.c. In audientia.
Priuilegium illius ſeruandũ non eſt quĩ
aliorũ priuilegia non ſeruat. Extra de
appellationib9.cap. An ſit deferendum.
Priuilegia romane eccleſie nõ tolluntur
preſcriptõne:niſi centenaria.xvj.que.iij
Nemo.
Priuilegia religioſorũ incõcuſſa maneãt.
extra de priuile.ca. Ut priuilegia.
Priuilegium hoſpitalariorũ de noualib9
et decimis.habetur de verborũ ſigni.ca.
Ueniens.libro ſexto.
Priuilegium quo concedunt fructus no
ualium:intelligitur.vt.ṡ. Decime noua
lium.
Priuilegium ꝙ epiſcopus fructus pri-
mi anni eccleſie vacantis recipiat intelli
gitur ſine preiudicio fabrice eccleſie vel
alterius cui ex ꝑuilegio ſtatuto vel con-
ſuetudine debẽtur.niſi in dicto ꝑuilegio
aliud contineatur.de reſcriptis.ca. Si
propter.libro ſexto.
Priuilegio derogatur per pactum.de pa
ctis.c. Pactum.li.vj. Gloſa verbi dero-
getur. Si pactũ ſequitur ꝑuilegiũ. Si
autem priuilegium ſequitur pactum ip-
ſum non valet contra pactum.niſi fiat in
eo mentio de pacto.
Priuilegium datum prelato et ſue eccle-
ſie non extenditur ad loca alia illi eccle-
ſie ſubiecta.ſcilicet ꝙ vigore ꝑuilegij illi
us poſſet ratõne alicuius ſubiecti loci re
um alibi cõuenire:qꝫ vbi admiſtrator i eo
dem loco reſidens ipſm de iure conueni-
re poſſet. Contrarium faciens condem-
natur in expenſis et ad intereſſe.⁊ pceſſ9
ſunt irriti.de reſcriptis.capi. Abbate in
clementinis.
Priuilegium ſcilicet datur alicui ſingula
ri perſone eccleſiaſtice vel ſeculari ꝙ a q̄
qꝫ excõmunicari ſuſpendi vel interdici
aut eius eccleſia vel terra interdicto ſup
poni non poſſit:non extendit ad ſenten-
tias ordinariorum.niſi dictum priuile-
gium eſſet datum alicui regi aut regine:
aut illorũ filijs vel loco religioſo aut or-
dini alicui.de priuilegijs.cap. Ne aliqui
libro ſexto.
Priuilegium conceſſum aliquibus vt tẽ-
pore interdicti diuina celebrent,⁊ huiuſ
modi.ṡ. Interdicti,tempore ꝑuilegiatis
Priuilegium ſpoliati eſt vt exui non poſ-
ſit nudatus.de reſtitu.ſpoliatorum.cap.
Frequens.li.vj.
Priuilegiati. Supra. Exempti.
Priuilegiatus vocatus ad iudicium cõ-
pareat et priuilegium oſtendat vel alle-
get.alias ſententia contra euz lata tenet
extra de appellationibus.capi. Si duo-
bus.

**Priuari** debet ſuo qui non ſuuz non vult dimittere. Ex
tra de preben.c. De multa.
Priuat9 quomodo preſcribit.ṡ. Preſcri-
bere nõ poteſt.
Priuat9 officio priuetur et beneficio. di.
lxxxj. Si quis amodo.⁊ capi.ſequen.

**Probat** deus bonos cum mala eis accidere permittit.
xxvj.queſtio.v. Nec mirum. Auguſtin9
libro de ciuitate dĩ. Sed non reprobat
vota bonorum cum conatui eorum ad-
uerſa obijcit.vij.queſtione ꝑma. Aduer
ſitas.
Probationis anno non completo nullus
ad profeſſionem recipiatur.vij.queſti.ij.
Gonſaldus.xix.queſti.iij. Monaſterijs

extra de reglaribus. cap̄. Ad apoſtolicā
Hodie tamen obtinet ſolum quantum
ad mendicantes. de regularibus. capit.
Conſtitutionem. libro ſexto. Cum pe-
nis inibi. vt ſupra. Minorib⁹. Supra.
Annus.

Probationis ſunt quattuor modi. ſcilicz
per teſtes. inſtrumenta. confeſſionem. et
euidentiam facti. extra de reſtitutio. ſpo
liatorum. cap̄. Cum ad ſedem.

Probatio mulieris per aſpectum corpo-
ris in cauſa matrimonij preualet viri iu
ramento copulam carnis factam aſſerē-
tis. extra de probatio. c. Propoſuiſti.

Probatio hominis in extremis conſtitu-
ti licet verum dicat: non tamen ſufficit.
extra de preſumptionibus. ca. Litteras
in gloſa.

Probare debet titulu*z* qui allegat poſſeſ
ſionem. extra de procuratorib*9*. cap̄. Ex
inſinuatione.

Probare vnum eorum ſufficit ſi plura in
libello narrantur. argumentum extra d
tranſlationib*9*. ca. Inter corporalia. Si
tamen ſe quis aſtrinxit ad probādū duo
tunc non ſufficit vnum probaſſe. Extra
de pbationibus. cap̄. Licet. Supra. Ac
cuſatio.

**Procedendum** non ē cō-
tra abſen
tem. niſi cōtumacem. extra de cauſa poſ
ſeſſio. cap̄. Suſceptis. Niſi etiam citatū
confeſſum. vel victum. extra de maio. et
obedientia. cap̄. Inter quattuor.

Proceſſus annaliſ curie habetur particu
latim. Supra. Excōicatio in ſuis caſi.
Et ſupra. Abſoluendi.

Proceſſus et ſententie in eccleſijs vl cimi
terijs a ſecularibus late non valent. De
emunitate eccleſie. cap̄. Decet. li. vj.

Proceſſus peccans in modo facti non va
let. ſicut nec peccans in facto. extra de re
ſtitutione ſpoliatorum. cap̄. Piſanis.

Proceſſus ab excōmunicato impetratus
ſuper alio ꝗ̄ articulo excōmunicationis
vel appellationis: ipo iure nō valet. d re-
ſcriptis. cap̄. pmo. libro ſexto.

**Procuratorem** inſtituere
et per euz
agere poteſt qui non valet perſonaliter
cauſe adeſſe. in cauſa tamē criminali nec
accuſans nec accuſatus per alium expe-
riri debet. xv. queſtio. iij. per totum.

Procurator quis dicatur. ſupra. Aduo-
catus. Sed melius in gloſa. ij. queſtiōe.
vij. Si quis erga.

Procurator ad negocia poteſt generalit
inſtitui. de procuratoribus. cap̄. Qui ge
neraliter. In gloſa verbi. Generaliter. li
bro ſexto.

Procurator generaliter inſtitutus ad ne-
gocia poteſt agere et defendere: exceptis
caſibus ſpeciale mandatum exigentib⁹.
de procuratoribus. cap̄. Qui generalit.
Item gloſa verbi. Caſibus. vide. eodez
capi. Qui ad agendum. Et infra proxie.

Procurator datus ad agendum et defen
dendum ac generaliter ad omnia etiam
ſi ſpeciale mādatum exigant: nō admit-
titur vigore huiuſmodi generalitatis in
articulo in quo ſpeciale mandatum exi-
gitur. Sed ſi articulus ſpeciale man-
datum exigens a dicta clauſula genera-
li fuerit ſpecificatus: tunc etiam ad non
expreſſos admittitur. e. cap̄. Qui ad agē
dum. libro ſexto. infra proxime.

Procurator habens mandatum iurandi
et omnia faciendi que ſpeciale manda-
tum exigunt: nō poteſt contra electuz vl
prouiſum opponere vigore huiuſmōi cri
mina vel defectus. de procuratorib*9*. ca.
Non poteſt. in clementinis.

Procurator ad agendum et defendenduz
generaliter: non poteſt ſine ſpeciali man
dato iuramentum deferre: tranſigere vel
paciſci. niſi habeat generalē et liberā am-
miniſtratiōem bonorum et cauſe: vl quā
do datus eſt in rem ſuam. de procurato-
ribus. cap̄. Qui ad agenduz. libro ſexto.
Et iuncta gloſa. verbi. Conceſſa. Su-
pra proxime.

Procurator datus ad agendum cogit eti
am defendere vel ſatiſdare de defenden
do. Gloſa vbi ſupra verbi. Ad agenduz

Procurator ad appellandum contra ele-
ctionem prouiſionem vel poſtulationez
alicuius non eſt idoneus niſi omnia que
in formam vel perſonam obijcere et pro
pter que appellare intendit ſint ſingula-
riter et clare in eius procuratorio expreſ
ſa. Et ꝙ habeat ſpeciale mandatum iu-
randi corporaliter in animas eorum quorum

procurator eſt.et qꝫ ipi credant inibi expreſſa vera eſſe.et ſe probare poſſe.de electionibus.capitu.Procurator.libro ſexto.Et habet locum quando extra iudicium appellatur.eodem.cap.Cōſtitutio libro ſexto.Appellantes contra.

Procuratores plures ſimul inſtituti ſine clauſula in ſolidum vnus ſine altero nō admittit. Si cum clauſula illa.tunc illius conditio melior eſt qui per litis cōteſtationem negociū primo occupabit. Et tunc alter non admittetur niſi in cōſtitutione eſſet expreſſum qꝫ nō fieret melior conditio occupantis.et tunc primo nolēte vel impedito poteſt alter ſuſcipere negocium ꝛ perficere.niſi alius fuerit a primo ſubſtitutus.qui ſic ſubſtitutꝰ alteri prefertur. Si vero nullo ſubſtituto alter negocium ſuſcipit:non poterit primus occupans ceſſante īpedimento ipſum reſumere:niſi etiam ſecundum contingeret impediri.de procuratoribꝰ.ca. Si duo.libro ſexto.

Procuratorum plurium non in ſolidum ſimul tamen inſtitutorum ſuper cauſ electionum prouiſionum vel poſtulationū aut aliorum ſpiritualium negociorū poteſt iudex idoneiorem eligere qui ſolꝰ negocium proſequatur et nullus poſt eum admittatur.niſi ſicut ſuperius dicitur non occupans poſt occupationem alterius admittendus.Ibidem.vb..ſ.

Procurator ad iudicia poteſt poſt litē cōteſtatam dare alium procuratorem.ante non.niſi fuerit datus in rem ſuam vel a domino habuerit mandatum de ſubſtituendo:etiam non certam perſonā. Sꝫ procurator ad negocia libere poteſt dare alium quandocunqꝫ vult.de procuratoribus.capitulo.Non indiſcrete.li.ſexto.Itē gloſa verbi.Deputare.dicit.Nota differentiam inter procuratorem ad iudicia et ad negocia.

Procurator ſubſtitutus ab alio procuratore habente mandatum ſubſtituēdi nō poteſt amplius reuocari ab illo ſi ipe iaꝫ mandatum ſuſceperit licet eo nondum vſus ſit.niſi dictus procurator ſubſtituens habuerit etiam poteſtatem reuocandi in mandato.eodem.capit. Is qui.libro ſexto.Gloſa verbi.Ab illo.dic qꝫ bene poteſt a domino reuocari ex cauſa rationabili.vt infra proxime.

Procurator reuocari libere poteſt a domino ante litis conteſtationem.poſt ꝓo nō ipſo nolente.niſi rationabilis cauſa ſubſit.Poteſt tamen dominus ipe adeſſe cū procuratore.maxime ſi de colluſione timeat.de procuratoribus.capitu.Quāuis.

Procurator ad plures cauſas inſtitutus ſi in altera illarum alium ſubſtituit:manet tamen ipe in alijs procurator.eo.ca. Is qui.libro ſexto.

Procurator ſub ea forma inſtitutus quotiens ſcilicet conſtituens abſens fuerit:non intelligitur reuocatus:ſi conſtituēs cauſam met tractauerit ante vel poſt litis conteſtationem. Secus ſi ſimpliciť ad cauſam conſtitutus ſit niſi dominus expreſſe teſtetur qꝫ met tractando ipm nō intendit reuocare vel hoc alias probabiliter appareat.eodem.capitu.Si quem.libro ſexto.

Procurator pro eccleſia per prelatum inſtitutus reuocatur per mortem cōſtituentis etiam lite prius conteſtata.et etiā quo ad negocia iam incepta.de procuratoribꝰ.cap.Procuratorem.in clemen.

Procurator qui renuit ſuſcipere procuratorium poteſt poſtea illud acceptare qꝫ diu conſtituens in illa voluntate perſtiterit.eo.ca.Licet is.libro ſexto.

Procurator ſine proteſtatione recipiens inſtrumentum procurationis in quo dominus pro ipo cauebat ſuper incluſis in procuratorio:cogitur ipum dominū defendere.eodem.cap.Inſtrumento.i clementinis.

Procurator ad matrimonium contrahēdum non eſt idoneus niſi de hoc habeat ſpeciale mandatum.nec in hoc alium conſtituere poteſt:niſi ſpecialiter habeat in mandato.Et ſi dictus procurator fuerit reuocatus:ipum matrimonium pꝰ contractum non tenet.etiam ſi tam ipe qꝫ ipa cum qua contraxit per reuocationem ignorauerit.de procuratoribus.ca.Procurator.li.vj.

Procuratorem non poteſt vir conſtituere in accuſatione adulterij.quia oportet ſeipſum ad talionem ſcđm leges obliga

re. Non tamen ſcõꝝ canones. extra de procura. c. Tue fraternitatis.

Procurator fieri poteſt filiuſfamilias ſine conſenſu patrꝫ tam ad negocia ꝗ̃ ad iudicia. de procuratoribꝫ. c. Qui generaliter. libro ſexto.

Procurator ad negocia fieri poteſt q̃ cõpleuit decimũ ſeptimũ annum. ſed ad iudicia non: niſi maior vigintiquinqꝫ annis. vbi ſupra.

Procurator non poteſt inſtitui religioſuſ etiam pro alio religioſo ſine licentia ſui prelati: niſi litis ſue cõſorte. Nec poteſt alium cõſtituere vel ſbſtituere ſine dicta licentia. etiam ſi hoc habeat in mandatis. de procura. ca. Religioſus. in cle.

Procurator appellare poteſt. ſed nõ cogitur appellationem proſequi inuitus. extra de procura. c. Nõ iniuſte. c. Potuit.

Procurator etiam poſt iuramentum de calumnia deputatus: iurare tenet̃ de calumnia in cauſa appellationis. de iuramẽto calumnie. c. In appellatõis. li. vj.

Procurator non recipitur teſtis in iudicio appellationis qui priori iudicio ꝓcurator fuit appellantis. de teſtibus. c. Romana. libro ſexto.

Procuratorꝫ falſi factũ preiudicat domino. extra de procuratoribꝫ. c. Talia. cap. ex inſinuatione.

Procuratorium ſub generalitate non cõprehendit maiora vel grauiora ꝗ̃ in ipo exprimuntur. de ꝓcu. c. Non poteſt. ĩ clementinis.

Procurationes pecuniarias facientes. ſ. Suſpenſi ſunt ab ingreſſu.

**Proditor** eſt qui propter timorem non defendit veritatem. ⁊ qui tacet eam. xj. q. iij. Nolite. Item qui crimen alterius ſibi ſoli notuꝫ manifeſtat. ij. q. j. Si peccauerit. Iteꝫ q̃ malicioſe alium circũuenit et ſeducit: vt in periculum trahat ſalutis. xvj. q. ꝑma Si cupis. Item qui rem ſibi cõmiſſam exponit hoſtibus. xxij. que. v. De forma. Item qui iuſſa veritatis contemnit xj. que. iij. Abijt. Item qui ſibi cõmiſſuꝫ reuelat. di. xiij. Nerui. Hec gloſa. di. xlvj. cap. Clericus. ver. Proditionibus.

**Profectus** virtutum. ſ. Gradus.

**Profeſſio** poteſt fieri in manuſ epiſcopi vel abbatiſ vel abbatiſſe vel ſacerdotis vel ſuper altare. extra qui clerici vel vouenteſ. c. Cõſuluit.

Profeſſionem conuerſorũ ſi abbates ante annum recipiant: animaduerſione debita ſunt corrigendi. extra de regularibus ca. Ad apoſtolicã.

Profiteri poſſunt religioſi nõ mendicantes etiam infra annum probationis expreſſe vel tacite. Sed expreſſe emiſſa etiam habitu ſeculari nõ mutato: illi eideꝫ religioni preciſe obligat. Tacita vero infra annum probatõis facta per ſuſceptionem habitus qui tantũ datur profitentibus: non illi ſpecialiter: ſed alicui religioni generaliter obligat: ſi etatis legitime ſit ſciens ac voluntarius et triduo ꝑſeueret. et hoc tam in mendicantibꝫ ꝗ̃ in non mendicãtibus. de regularibꝫ. c. Cõſtitutionem. li. vj

Profeſſus tacite vel expreſſe quis fit. Infra. Religionem ante quartumdecimuꝫ annum et cui religioni obligatur. ſ. Profiteri. Infra. Religio.

Profeſſio mendicãtium non fiat infra annum. et pena tranſgredientium. Supra Minoribus.

Profeſſus iudicatur qui habitu profeſſorũ aſſumpto tribus diebus ſtat cum profeſſis cantando. Extra de regularibꝰ. c. Ad noſtram. ⁊ gloſa. xxvij. q. j. Neqꝫ. ꝟ. Diuturna.

Profeſſio etiam ſine habitu facit monachum. extra de regula. c. Porrectũ.

Profeſſionem ante annum faciẽtes. Supra. Excõmunicatio. ꝟ. xxj.

Profeſſus caſtitatem ſi arrogãter cõiugatos vituperat: anathema ſit. di. xxx. Si quis propter. Vel ſi ſimpliciter nuptiaſ damnat. e. c. Si q̃s vel.

**Prohibentis** conditio. In re communi potior eſt conditio prohibentis. de reg. iuris. c. In re cõmuni. li. vj.

Prohibentur multa in iure fieri que tamẽ facta tenent. extra de regularibꝫ. ca. Ad apoſtolicam. Et hoc verum eſt vbi non cauetur ꝙ ſi fiat non valebit.

Prohibitum ſi quid non fuerit: videt̃ eſſe

conceſſum.xxx.q.iiij.Poſt vxoris.

Prohibita intelliguntur omnia que in iu
re non inueniuntur conceſſa.argumētū.
extra de appellationib9.cap.Paſtoralis.
iuncta gloſa.⁊ extra de tranſlatiōib9.ca.
Inter corꝑalia.

Prohibitus vna via nō debet alia via ad
hoc admitti.extra de procuratorib9.ca.
Tue fraternitatis.Item cum quid vna
via prohibetur alicui:ad id alia non de
bet admitti.de regulis iuris.c.Cum q̇d
vna.libro ſexto.

Prohibita.Cum q̇d prohibetur:ꝓhiben
tur omnia que ſequuntur ex illo.e.c.Cū
quid prohibetur.

Prohibitōnes facte a ſuꝑioribus ne ſub-
diti ſtatum eccleſiarum monaſteriorum
ſiue locorum aut perſonaꝝ viſitatorib9.
vel legatis apoſtolicꝫ reuelent:iuramen
ta:ꝓmiſſiones ſeu obligatōnes ſuper hu
iuſmodi facte ⁊ alia contraria:irrita ſūt.
ſed et ſententie vel cenſure ⁊ pene illorū
non obligant.Et debent contra facien-
tes a viſitatorib9 grauiter puniri.de offi
cio ordina.c.Quia pleriq̧.li.vj.

Prohibentes ſubditos ne eccleſiaſticꝫ vē
dant vel obſequantur.Supra.Excom
municatio.§.xiiij.

# Promiſſione nuda non obligatur aliq̄s

extra de voto.c.Litterarū.

Promiſſum non implere nō eſt ſemꝑ men
dacium.xxij.q.ij.Beat9 Paulus.

Promiſſione facta ſemper plus intelligi-
tur q̄ȝ exꝓmitur.vbi ſupra.et.xj.que.iij.
Anteceſſor.Nam etiam ſemper auctori
tas ſuperioris excipitur:etiā ſi iuramen-
to firmetur.extra de iureiuran.c.Uenie
tes.§.Iuramēto intelligunt.

Promiſſio eſt impia que ſcelere adimplet
Unde.in malis promiſſis reſcinde fidē
xxij.q.iiij.In malis.Iſidorus In ſino-
nimis.libro ſecundo.In malis promiſ-
ſis fidem non expedit obſeruari.de reg.
iuris.c.In malis.li.vj.

Promiſſum enim illicitum peius eſt im-
plere q̄ȝ periurare.xxij.q.iiij.Unuſquiſ-
q̧.Ambroſius libro de officijs.Supra.
Iuramentum illicitum non debet.Et
infra.

Promiſſum quando dicitur illicitum.ſu
pra iuramentum dicitur licitum.Et q̄ñ
debet ſeruari.Ibidē.

Promiſſum non frāgitur cum in melius
permutatur.extra de iureiurā.cap.Per
uenit.ſecūdo.

Promiſſio facta alicui de beneficio cōfe-
rendo propter obſequiuȝ eſt ſimoniaca.
et econuerſo.extra de ſimo.c.Cum eccl̄ẽ

Promiſſiones per quas quomodocunq̧
datur via ad beneficia vacatura repro-
bantur et euacuantur omni obligatōne
de cōceſſi.ꝑben.c.Deteſtanda.li.vj.

# Promouendi ad ſacros ordines debēt

habere etatem.morum grauitatem.ſciē-
tiam.⁊ legitimitatem natalis.Extra de
electioni.c.Cum in cūctis

# Pronunciatio electōnis q̄ modo fiat.

ſupra.Electōnis ꝓnūciatio.

# Propheta largo nomine dicitur predicator.diſ.

xliij.Sit rector.Gregorius in paſtora.
cap.xv.

Prophetiſant quādoq̧ mali:et habent ꝓ
phetie ſpiritum:non autem meritum.j.
que.j.Prophetiſauit Saul.Auguſtin9
ſuper epiſtolā Iohānis.

# Proprietas introducta eſt ꝓpter maliciā hominum.

fuerunt enim prius omnia com
munia.xij.q.j.Dilectiſſimis.c.Commu
nis vita.Quo aūt iure.vide ſupra.Poſ-
ſeſſio.

# Proprium nemo quid dicat.quia nullus ſecuȝ

aliquid natus intulit:nec deus iniuſtus
eſt vt vnum licenter voluerit abundare
et alium egere.diſtin.xlvij.Sicut.Am-
broſius ſuper Lucam.

Proprium religioſus habens viuēs mor
tuus eſt.xij.q.j.Nolo.Et talis in morte
inuentus careat ſepultura eccleſiaſtica.
extra de ſtatu monachorum.c.Cum ad
monaſterium.§.Monachus q̇cq̇d.

Proprium nō habentes repetere ablata
non poſſunt.Unde Matthei.v.iubē-
tur auferenti tunicam:etiam palliū red
dere.xiiij.q.j.c.j.Et per totā.q.

Proprio renunciantes nō poſſunt dare
nec recipere abſq̧ licentia ſuperioris:ſȝ

et cum licentia recepta nō poſſunt aliter diſpenſare q̄s ſicut illi placet. xij. q. j. Nō dicatis. Auguſtinus.

**Propoſitum** firmum in animo de meliori non proſequens: peccat. xvij. q. j. Qui bona. Gregorius ſuper Ezechielē. gloſa ſcōm quoſdam. mortaliter ſcilicet Huguonem. ſed ſm alios venialiter.

**Proſperitate** malorū nil infelicius. xxiij. q. j. Paratus. Auguſtin⁹ ſermone de puero Centurionis.

Proſperitas preſens debet timeri ne forte ſit alicuius boni remuneratio. De pe. diſtin. iij. Cauendum. Nam ipa datur malis pro factis bonis eorum. Ibidē. Gregorius omelia de diuite.

**Proſunt** collecta que ſingl'a nō proſunt. extra de pba tionib⁹. c. Cum cauſam.

**Prouiſio** beneficij vel eccleſie. ſupra. Auctoritas.

Prouiſionem dignitatis vel perſonatus impugnans. ſ. Electōem. poſtulatōem

Prouiſio quam papa alicui de beneficio fieri mandat vſq3 ad certam ſummā: nō intelligitur de penſiōe. niſi ſpecialis habeatur in mandato mentio. d̄ preben. c. Quāuis. libro ſexto.

Prouiſionis mandatum q̄ alicui prouideatur de beneficio eccleſiaſtico conſueto aſſignari clericis ſecularibus: intelligitur de beneficio tanto tempore a ſeculari vel ſecularibus clericis pacifice poſſeſſo: et continue vt preſcriptio legitima ſit completa: etiam ſi a religioſis ante vl' poſt fuerit gubernatum. Si vero contingat clerico ſeculari prouideatur de prioratu: non intelligitur de prioratu p religioſos modo predicto gubernato. niſi ſpecialiter in littera exprimatur. e. capi. Cum de beneficio. libro ſexto. Gloſa. ꝟ. Preſcriptio legitima. id eſt quadraginta annorum.

Prouiſionis mandatum ea forma vt quiſ prouideat alicui de beneficio ad eius vl' alterius collationem pertinente: intelligitur de eo quod primo vacabit. Si vero plura ſimul vacarent: ſeruetur ordo ſcripture. vt ſcilicet ei prouideatur ſolū de illo quod ad eius collationem pertinet cui ſcribitur. de preben. ⁊ digni. c. Mādato noſtro. libro ſexto.

Prouiſionis mandato apoſtolico de dignitate etiam curam habente nō intelligitur dignitas ad quam per electionem acceditur. e. c. Cum in illis. li. vj.

Prouiſionis gratia de beneficio ad alicuius collationem pertinēte non intelligitur de beneficio ad eius preſentationem vel inſtitutionem dumtaxat pertinente nec ecōuerſo. eo. ca. vbi. ſ.

Prouiſio beneficij in aliqua eccleſia p legatum alicui reſeruata: iudicatur reſeruata auctoritate apoſtolica. Vnd̄ ille omnibus alijs preferendus eſt quib⁹ poſt confirmationem per papam factam ipe papa poſtea mādauerit prouideri: etiā canonicatu collato alicui eorundem. e. ca. Si apoſtolice. libro ſexto.

Prouiſionis gratia quādo extinguitur. ſupra. Gratia extinguitur.

Prouiſionis gratia data beneficium prius habenti vel nō. ſ. Conceſſionem habēs. ſ. Cōceſſio ſub puiſiōis gratia d̄ cura animarū nō cauēte. ſ. Bñficiū curā.

Prouiſio beneficij. ſupra. Gratia. ſ. Conceſſio.

Prouiſum ad remediū tendit ad noxam. Supra. Malicia.

**Proximi** noſtri ſunt oēs homines nature nr̄e cōformes ⁊ pticipes. de cō. di. ij. Proxios

Proxim⁹ diligit cū a malo ad deū trahitur. xxiij. q. iiij. c. vl. Aug⁹. ad Macedo.

Proximi dilectio. ſ. Dilectio.

Proxios nos d̄o faciūt n̄ loca: ſ3 merita. di. xl. Non loca.

**Prudentiā** ſpētis cū ſimplicitate colūbe debet quiſq3 habere. xvj. q. j. Si cupis.

Prudētie ppe initit q̄ ea q̄ ſibi videt dicēda l'agēda decret3 pm ppoit. extra d̄ cōſtitutio. cap. Ne initaris.

**Pſalmū** ſūere ⁊ dare tīpanū: ē a ſacerdotib⁹ ſpūalia ac re ⁊ eiſ tpalia largiri. xij. q. j. eccl'iaſ. §. q2 ḡ

**Pubertas** maſculi eſt quartuſ decimus annus et femine duodecim⁹. xx. q. j. Puelle. q. ij Si i qualibet. ſ. Etas. ſ. Annus.

**Publice** honeſtatis iuſticia. Supra. Spōſalia.

Publicum quid ſit. ſ. Notorium.

**Puella** in contrahendo mrīmonium debet ſequi arbitrium aui liberi: non patris ſerui. xxxij. que. iij. cap. vnico.

**Pueri** etatem nubilē habentes nō coguntur ſequi voluntatē parentum. Extra de regularibus. capi. Cum virum.

Pueri dicuntur dolicapaces quando ſūt decem annorum cum dimidio: tunc poſſent peccare preterꝗ̄ in adulterio. ff. de re. iudi. pupillum. Sed Auguſtinus ad Renatum dicit: ꝙ dolicapax ſit ſeptem annorum. et tunc poteſt mentiri et veruꝫ dicere. vt habetur de conſecra. diſti. iiij. in gloſa. cap. Paruuli.

Pueri ante trienniū debent nutriri apd̄ matrem. ꝛ poſtea apud patrem. extra de conuerſione infidelium. c. Ex lrīs.

Puer centum annorum eſt maledictus. Iſaye. lxv. capitu. ꝛ. ij. queſtio. vij. Paulus. primo.

**Pugnantes** clerici vel ad pugnam naues gubernantes vel in bello hortantes grauiter peccant. Et ſunt deponēdi. Extra d̄ penis. cap. Quod in dubijs. Gloſa. intelligitur de bello iniuſto.

**Punitio** malis expedit ne cadāt in penas. xxiij. queſti. v Non eſt. Supra. Malis. ſ. Peccatori i penitenti.

Punire malos non eſt crudelitas. xxiij. q quinta. Non eſt crudelis. q. viij. Legi.

Punit deus quandoꝙ̄ ꝑ neſcientes. quādoꝙ̄ per ſcientes. xxiij. q. v. §. vltimo.

Puniri debent eternaliter qui nunꝙ̄ voluerunt a peccato deſiſtere. ſi ſemper vixiſſent ſemper peccaſſent. de peniten. diſtin. ꝓma. Voluiſſent.

Puniuntur ſubditi pro peccatis prelatorum. ꝛ filij pro parentum. Supra. Prelatoꝝ. ſ. Punitur.

Puniuntur quidam hic temporaliter ne alibi eternaliter puniantur. ſicut in diluuio ꝛ ſodomorum ac egyptiorꝫ occiſone. xxiij. que. v. Quid ergo. Jeronymus in Naum. Gloſa. Intelligitur de penitētibus. Quidam autem hic et alibi. de peniten. diſtincti. iij. Ignis ſuccenſus. Gregorius in moralibus.

Punitio malorū quandoꝙ̄ diſſimulatur propter multitudinem. xxiij. que. iiij. Infidelis. ſ. Multitudini.

Punitur nullus pro peccato alteriꝰ ignorans. j. que. iiij. Nullius. niſi imitatores eodem. §. Sed his. Quod intelligit̄ de pena eterna. quia corporaliter quis etiā ignorans pro alio punitur. eo. cap. Turbatur. Ambroſius. Item gloſa in ꝓncipio queſtionis dicit. ꝙ triplex eſt pena. eterna. corporalis. ꝛ ſpiritualis. Eterna nunꝙ̄ vnus punitur pro alio. vt. ſ. Corporalis eſt duplex. quedam circa corpus ipſum. ſic aliquis punitur pro alio. ſicut peccato Achor. eo. §. Item peccato. Et peccato filiorum Heli punitus fuit populus eius. eo. §. Item peccato. Quedā autem pena eſt circa ſtatum rei. vt eſt ſeruitus vel infamia. et ſic puniuntur etiaꝫ filij pro parentibus. vj. que. j. §. Verum. xxiiij. xv. que. vltima. capi. Cum multe. xxiiij. que. iij. cap. ꝓmo. Spiritualis eſt q̄druplex. ſcilicet excōmunicationis. qua nullus pro alio. xxiiij. que. iij. Si habeſ. Itē interdicti. et ſic vnus pro alio. Extra de ſponſali. cap. Non eſt vobis. Item remotio ab oblatione. ſic vnus pro alio. xvij. que. iiij. Miror. Item ordinis. ſic etiam vnus pro alio. quia pro adulterio vxoris vir remouetur a promotione. di. xxxiiij. Si cuius. ſ. Prelatorum meritis.

Puniri nullus debet ſine accuſatore. Extra de exceptionibus. cap. Denique. Et ſine culpa (niſi ſubſit cauſa) non eſt aliꝗs puniendus. de regulis iuris. ca. Si culpa. libro ſexto.

Puniri debꝫ quiſꝙ̄ in eo in quo peccauit extra de reſcriptis. ca. Ex tenore. Extra de tranſlationibꝰ. c. Licet.

Puniendi clericos modum ꝛ ordinē nota. extra de iudicijs. cap. Cum nō ab homine.

**Purgatio** eſt quadruplex. ſcilicet ſpiritualis vbi homo purgatur a peccatis. decima quita. q. vltima. c. vlti. Item canonica. que fit per iuramenti ſacramentum. ij. que. v Preſbyter. Item vulgaris que fit ꝑ aq̄m

frigidam. vel feruentem. vel ferrum igni tum. vel duellum. Et hec prohibetur. qꝛ ibi temptatur deus. ij. que. v. Mennam cap. Conſuluiſti. extra ne clerici vel mo nachi. cap. Sententiam. Item ignis pur gatorij. que eſt grauiſſima. s. Pena.

Purgatio peccati fit per fidei feruorē. xv. queſtio. vltima. cap. vltimo. Item per ba ptiſmum et penitentiam. de conſecra. di ſtinctio. iiij. Nō poteſt. Item per eucha riſtie vel aliorum ſacramentorum dignā ſuſceptionem. Ibidem. Item per opera pietatis. xxij. que. ij. Si quelibet. Item per aduerſitatis perpeſſionem. diſtin. l. Purgabit.

Purgans ſe iurabit ſuper euangelia quod ipſe nec per ſe nec per alium fecerit. Sed cō purgatores iurabunt quod ipſi credunt eum verum iuraſſe. extra de purgatōne cano nica. cap. Quotiens.

Purgatio non eſt indicenda vbi crimen notorium eſt. ſed ſententia condemnati onis ferenda. extra. eodē. c. Cum dilectꝰ

Purgatio non eſt neganti indicenda: niſi laboret infamia. vj. que. v. Qꝛ autem. xv que. qnta. per totum.

Purgatio indicenda eſt propter infamiā vbi probatio deficit. extra de accuſatio. cap. Cum oportet. ſupra. Accuſatoribꝫ.

Purgatorij ignis. s. Pena.

## QVadragena

ſiue carena. extra de ſpon ſa duo. capi. Accepiſti. ſup verbo Carena. dicit gloſa Vulgare eſt italicum. Et dicitur carena a carentia hominum vel cibariorum. Nam in illis quadraginta diebus includuntur penitentes in loco ſecreto vicino eccleſie a conſorcio homi num. Idem in gloſa. cap. Accuſaſti. Ex tra de accuſationibꝫ. Et ſic excluſi ab ec cleſia incedunt capite diſcooperto et ci nere ſparſo ieiunantes in pane ⁊ aqua. ⁊ finitis quadraginta diebus iniungitur eis penitentia ſeptem annorum. quibus ſecundis ferijs ſemel vtantur lacticinijs quartis ferijs vno tantū ferculo quadra geſimali. ſextis autem ferijs tm̄ tribꝫ buc cellis panis intinctis cinere. et eiſdē an nis nec carnibus nec vino: ſed aqua. nec balneo vtantur. nec lecto. ſed aſſere vel li gno: aut terra dormiant. quibus ſeptem annis expletis: dumtaxat licet cōmuni care dominico corpore. Hanc peniten tiam Clemens primus pro mortali pec cato inſtituit. Differunt tamen quadra gena et carena. quia in carena ſeptem an norum penitentia poteſt per confeſſorem mitigari. s. Carena. vide.

## Quadrageſima

eſt decia dierum to tius anni. ⁊ ideo qui vnam diem frangit decimam nō ſoluit: ⁊ totam quadrageſi mā violauit. de ↄſecra. diſtincti. v. Qua drageſima. Gregorius in omelia d̄ qua drageſima.

Quadrageſima ab om̄ibus debet ieiuna ri. niſi quos neceſſitas excuſat. de conſe. diſtinctio. iij. Non liceat. et duobus ca pitu. ſequentibus. Et ab ouis et lactici nijs omnino abſtinendum. ac ſicut a ci bis carnalibus: ita etiam ab omnibꝰ ani me nociuis caueatur. diſtin. iiij. Denique

Quadrageſime tempore manducare nō licet: niſi prius dictis veſperis. de conſe cra. diſtin. pma. Solent.

Quadrageſimali tempore in articulo ne ceſſitatis poſſunt carnes comedi. Extra de obſeruatio. ieiunio. c. Conſilium no ſtrum.

## Qualis

quiſque dum moritur inue nitur talis iudicatur. diſ. xxv. Qualis. Auguſtinus ſermone q̄ in cipit. In pſalmo diximus. de penitē. di. pma. Nunqd cayn. s. Iuſtus.

## Queſtio

primo in iudicio propo ſita primo eſt terminan da. quia qui prius appellat prius ⁊ agat extra de ordine cognitōnum. cap. Cum dilectus.

## Queſtuarij

ſub falſo habitu in uēti: ſi laici ſint: ex cōmunicentur. Si clerici: officio ⁊ bene ficio priuētur. Et ipſis qui illos miſerūt interdicatur ab archiepiſcopo exhorta tionis officium per totam prouinci am. non obſtante priuilegio vel appel latione. extra de pͥuile. c. Tuam.

Queſtuarij non admittantur niſi habeāt litteras pape vel dioceſani. ſub hac for ma. Quoniam. vt ait apl'us. omnes ſta

bimus ante tribunal: ſed nec tunc predi
care debent: ſed ſolum negocium ſuuz ꝑ
ponant. et quod in litteris continet. ca-
uentes ne ſub falſo habitu ſe gerant. Ex
tra de peni. ⁊ remiſ. cap̄. Cum ex eo. Itē
eo. ti. cap̄. Abuſionibus. in clementi.

Queſtuarij ſimpliciter poſtulent ſubſidiū
et indulgentias ſi habent pronunciēt: et
a predicatōnis officio deſiſtāt: quos ad
eos conſtat nullatenus pertinere. de he-
reticis. cap̄. Ut officium. §. Compeſcen
di preterea. libro ſexto.

Queſtuarios etiam litteras habētes nul-
lus inuitus ad hoſpicium recipere vl' eis
procurare tenetur: nec eis conuocatiōez
ad ſtationem facere. Quod ſi ſententias i cō
tradicentes pro predictis tulerit: irrite
ſunt. Nec ipi ad ſuas ſtationes faciēdas
populis feſta vel vacationes indicāt vel
ad ſtationes huiuſmodi compellant. de
peni. ⁊ re. ca. Romana. li. vj.

Queſtuarij nō admittantur cum litteris
apoſtolicis niſi ipi prius examinētur di
ligenter. de peni. ⁊ remiſſio. cap̄. Abuſio
nibus. §. Litteras. in clemen. Et plureſ
ibi eorum exceſſus ponuntur pro quib⁹
ſi cōmiſerint per dioceſanos debent pu
niri. non obſtātibus ꝓuilegijs et exēptio
nibuſ. Et ſi ſuper aliquo ibidem exceſſu
vel articulo priuilegia haberent: illa ſūt
reuocata. e. §. Ad hec. in clemen.

RAtio nulla permittit
vt quod pro cō-
muni vtilitate eſſe cogno-
ſcitur cuiuſcꝫ vſibus appli
cetur. extra de preben. cap̄.
Ratio.

Ratio eſt ſuperior pars anime. ⁊ ſenſuali-
tas inferior. Caput vero eſt mens. Ec-
cleſiaſtes. ij. Oculi ſapiētis in capite ei⁹
extra de ſacra vnctione. capitu. vnico. §.
Quia vero.

Ratione quod caret extirpare neceſſe eſt.
diſtin. lxviij. Corepiſcopi.

Rationem reddent homines de ſer de oī
bus que in vſum vite receperūt. decima
quinta queſtione ꝓma. §. Ex eo autē. Au
guſtinus de paruulis ad Petrum. Itez
de omni verbo ocioſo. xxij. queſtio. vlti-
ma. Quotiens. Jeronymus Item ō ne
gligēnter obmiſſis. xxij. queſti. iiij. Quā-
to. Auguſtinus ſup Johannē.

Ratione carentes pro factis ſuis nō red-
dent rationez. decima quinta que. ꝓma.
§. Ex eo.

Ratio ſana exemplis eſt anteponēda. diſ.
nona. Sana.

Radix omnium bonorum eſt cha
ritas. de penitē. diſtinc. ij.
Quia radix. Auguſtinuſ omelia octaua
Supra. Caritas.

Radix bone operationis eſt caritas. De
peniten. diſtin. ij. s̄. Opus bonum.

Radix et mater boni operis eſt pietas. ſu
pra. Pietas.

Radix mali euellatur. Unde Auguſtin⁹
omelia. viij. Sine cauſa aliquiſ conatur
ramos incidere: ſi non contenderit radi
cem euellere. ideo virtus et viciū ſimul
manere non poſſunt. de peniten. di. ſecū
da. Quia radix. vt. §. ſequenti.

Radix omnium malorum eſt cupiditas.
diſtinctio. xlix. Hinc etenim. Gregori⁹
Et ideo ſimul cū caritate ineſſe nulli po
teſt. de peniten. diſtincti. ij. Quia radix.
Auguſtinus omelia.

Radix omnium maloruz eſt auaricia. di.
xlvij. Bonorū. Gregorius.

Radix prioris peccati adhuc in corde eſ-
ſe preſumitur cum in illud poſt peniten-
tiam homo relabitur. de peniten. diſtin
ctio. ſecunda. Si quis.

Rapere aliena conuincitur q̄ vl-
tra neceſſaria ſibi retine-
re comprobatur. diſtin. xlij. §. Ordinan-
dus. Jeronymus. Et diſtinc. xlvij. Si
cut. Ambroſius ſuper Lucam. Gloſa. ꝟ
verum eſt tempore neceſſitatis alterius
Unde hic dicitur. Eſurientium panis
eſt quem tu detines. Itez de illa rapina
habetur. xij. queſtio. ꝓma. Nolo. queſtio
ne. ij. Aurum. s̄. Poſſidere.

Rapina dupliciter cōmittitur. ſcilꝫ quā-
do res rapitur. vl' quando vſus rei violē
ter eripitur. xxxvj. q. j. c. vltimo. circa fi.

Rapinam non conceſſit qui furtum pro-
hibuit. vnde ⁊ illo prohibetur. xiiij. q. v.
Penale. Auguſtinus libro queſtionum
Exodi.

Rapinā i holocauſtū offert q̄ imoderate
corpi ſuo neceſſaria ſubtrahit. et qui ſe
indiſcrete affligit. de conſe. diſtin. v. Nō

mediocriter. Jeronymus. Hinc dicitur Jſaye.lxj. Ego dominus odio rapinaꝫ holocauſtoꝝ. Jbidem.

Raptores dicunt̄ proprie qui publice et violenter tollunt aliena.xiiij.q.v. Pena le. Auguſtin⁹ in queſtionib⁹ Exodi.

Raptor dicitur etiam.vt.s. Rape.

Raptor dicitur inuente rei detentor.xiiij que.v. Si q̄d inueniſti. Ambroſius.

Raptor dei iudicio merito damnat̄.xij.q ij. Et ſi illi.

Raptor magis peccat q̄ fur.xiiij. que.v. Penale. Auguſtin⁹ in q̄ſtio. Exodi.

Raptores excōmunicentur a prelato vbi rapiunt.ꝛ excōmunicatio ſignificet̄ pro prio epiſcopo qui eos nō recipiat donec ſatiſfaciant.extra de raptoribus.ca. De illis.

Raptor vel violator eccleſiarū manifeſte deprehenſus non recipitur ad penitenti am niſi reſtituat vel reſtituendi cautioꝫ preſtet.quo etiam in fine facto penitenti ſepultura conceditur. q̄ð ſi etiam contri tus non fecerit:licet viaticum non nege tur:ſepulture tamen eius quicunq̄ cleri cus interfuerit vel oblationes receperit careat eccleſiaſtico beneficio: et ordinis ſui damnum irrecuperabiliter patiatur. extra de raptorib⁹.ca. Sup eo.j. Sepl' tura prohibetur.

Raptores ſpoliantes naufragātes ꝛ om nes pirate.s. Excōicatio.§.xv.

Raptus cōmittitur vbi nihil de nuptijs agitur et puella contra voluntatē rapit̄. extra de raptoribus.cap. Cū cauſa. Si militer vbi virginitatis florem quis vio lenter aufert puelle.xxxvj.q.j. De rapto ribus.

Raptores virginum et feminarum ꝛ eis cooperātes ac conſentientes ſunt excō municandi:ſi ſunt laici. niſi penitentiaꝫ publicam egerint.ſcd̄m gloſam. Cleri ci vero a gradu ſuo cadunt.xxxvj.que.ij Eos qui.cap. Raptores.ca. De puellis cap. Si quis.

Raptoris pena eſt q̄ raptam ducat vl' re ligionem intret.extra de raptoribus.ca. Cum cauſam.

Raptor peracta penitētia publica poteſt vxorē ducere ipam et raptā ſi ipa poſtea conſenſerit.xxxvj.queſtione.ij. Apō om nipotentem. Gregorius i omelia ꝛ p to tam queſtionē.extra de adulterijs. ca.j. et.ij.extra de raptoribus.cap. Cum cau ſam.cap. Accedens. Niſi ſit ſponſa alte rius de preſenti:tunc reddetur eidē. Si autem de futuro: non cogitur eaꝫ recipe re.xxvij.que.ij. Raptor.ꝛ.cap. ſequenti. Tamen ſcd̄m leges non poteſt cū ea cō trahere. Et quod canones dicunt ipum cum ea non poſſe cōtrahere: intelligitur quando non conſentit:vel eſt ſponſa al terius de preſenti. Hec gloſa.xxxvj. q.ij circa principium.

Raptor ſi vxorem raptam ( vel aliam ſm alios) peracta penitentia duxerit: poſt mortem ipius non poteſt aliam ducere: niſi cum diſpenſatōne epiſcopi. xxxvj.q ij. Si autem.

**Rarum** plus appetitur q̄ quot tidianum.diſtincti.xciij Legimus. Jeronymus ad Euandrum epiſcopum. Raruꝫ omne carum: vileſcit quottidianum.et paucitas honorabileſ reddit minores:ſed multitudo contem ptibiles maiores.ſicut in india pulegiū pipere precioſius eſt. vbi ſupra ad finem Jeronymus.

**Raſura** corone clericorum ſigni ficat abdicationem tem poralium.xij.queſtione p̄ma. Duo ſunt genera. Jeronymus ad quendam leui tam.

Raſura lr̄aꝝ q̄n obeſt.s. falſitas.s. Lr̄e.

**Ratihabitio** confirmat ma le poſſeſſa. de cima ſexta queſtione p̄ma. Quoniā quic quid. Jeronymus Damaſo pape. Jtem confirmat religionem. Extra de regula ribus.capit̄. Cum virum Jtem ſenten tiam confirmat. Extra de reſtitutio.ſpo liatorum.capit̄. Cum ad ſedem.in fine. Jtem confirmat ſeu facit ſimoniam quā do ratihabetur datum. Extra de ſimo. cap. Sicut tuis.

Ratihabitionem retrotrahi et mandato non eſt dubium comparari.de regul' iu ris.capitulo. Ratihabitionem.libro ſex to.

**Ratum** quis habere non poteſt quod ipius nomine non eſt geſtum.e.c. Ratum.

Ratam habens captionē epiſcopi. s. Ex cōmunicatio. §. xij. Itez percuſſionē clerici. eodem. §. ix.

**Rebellis** epiſcopo ſuo ſpolietur beneficio. extra de exceſſibus prelatoꝝ. cap. Grauem.

**Receptus** in canonicū per litteras aplicas alicui eccleſie facultatem recipiēdi aliquē conceſſas: itelligitur recept⁹ auctoritate ipſorum: nō pape: ſi receptio alias ſpectabat ad illos. niſi in litteris illis aliud exprimať. non obſtantib⁹ quibuſcunq; cōſtitutionib⁹. de reſcriptis. cap. Cum aliquib⁹. libro ſexto.

**Receſſus** bonorum a malꝭ ſemper debet eſſe in mente. xxiij. que. iiij. Tollerandi. Auguſtin⁹ de verbis domini.

**Recidiuare** poſt votuz caſtitatis eſt ſacrilegium vel poſt votum religionis. diſtin. xxviij. De his.

Recidiuanti an ſit penitentia iterato imponenda. de peni. diſti. iij. §. His auctoritatibus.

Recidiuans vtrum vere penituerit. d pe. diſtin. ij. ⁊ diſtin. iij. per totū.

**Recipi** nihil dz nᶜ exigi p criſmate baptiſmate. cōione. nec ordinatiōe. nec pro balſamo. nec pro ſepultura. j. que. j. Dictū eſt ſolere.

**Reconciliatio** eſt ad pmuz ſtatum reſtitutio. ij. q. j. Notum ſit.

Reconciliari debet eccleſia ꝓpter adulterium in ea cōmiſſum. extra de adulterijs cap. Significaſti.

Reconciliari poteſt eccleſia ꝓpter homicidium vel effuſionē ſanguinis per aquaz cum vino ⁊ cinere benedictam. extra de cōſe eccle. ca. Propoſuiſti.

Reconciliari non debet eccleſia aqua benedicta per ſimplicē ſacerdotem. ſed per epiſcopum tantū. nō obſtante conſuetudine cōtraria. extra. eodem. c. Aqua.

Reconcilianda ſunt cimiteria aſperſione aque benedicte ſolenniter: ſicut in dedicatione eccleſie in quib⁹ fuerunt corpora excōmunicatoꝝ ſepulta. eo. cap. Conſuluiſti.

Reconciliatio ſiue recōſecratio. s. Eccl'ia

**Rectores** eccleſiarū parrochialium nō prohibentur leges vel phiſicam audire ratōne illarū eccleſiarum: niſi habeant plebanias habentes ſub ſe capellas in quibus inſtituuntur clerici perpetui. ne clerici vel mo. cap. Statutum. li. vj. Item gloſa verbi. Ratione. dicit. niſi eſſent preſbyteri: tūc prohibenť ratōne ordinis. extra ne clerici vel mona. cap. Super ſpeculam. Supra. Excōmunicatio. §. xx.

Rectores ciuitatū requiſiti per epiſcopū eius vicarium aut inqſitorez in negocio inquiſitonis: ſi recuſauerint iurare ſe obſeruaturos cōſtitutiones apoſtolicas cōtra hereticos ⁊ cōſeruari facturos ſubditis: vt infames ⁊ fautores hereticoꝝ ac de hereſi ſuſpecti ꝑuentur officijs et honore regiminis. nec vlterius ad aliquod publicum officium aſſumanť. et quicqd vt rectores fecerint: irritum eſt. de hereticis. c. Ut officium. §. Statuim⁹. li. vj.

Rectores locoꝝ tenenť parere inquiſitori vel epiſcopo in negocio inquiſitionis in inueſtigatione. captōe. cuſtodia ⁊ punitōne hereticoꝝ ac fautoꝝ ipoꝝ: nō obſtantibus ꝓclamationib⁹ ſiue appellationib⁹. Ita tamē q̄ de crimine hereſis cuz ſit mere eccleſiaſticū ſe nō intromittant iudicando vel cognoſcendo. Cōtra facientes ſiue in predictis nō parētes: ſūt excōmunicati. Et ſi ſniaz p ānū ſuſtinēt vt heretici condemnenť. de hereticis. cap. Ut inquiſitionis. libro ſexto. s. Excommunicatio. §. xxvj.

Rectorem vrbis eligentes vel aſſumētes ſupra. Excōmunicatio. §. viij.

**Redemptio** viuorum ⁊ mortuorum fuit paſſio chriſti. de conſecra. diſtinc. ij. Semel imolatus.

Redemptio captiuorū ſunt ornatus ⁊ vaſa eccleſie. xij. que. ij. Aurum. cap. Apoſtolicos. diſtin. lxxxvj. Pulchra. Ambroſius libro de officijs.

Redimere captiuos tenemur. diſ. lxxxvj. Non ſatis. Quando malefactores. Supra. Malefactorem. ⁊ confugientē.

Rediṁuntur peccata elemoſynis. diſtin. lxxxvj. Eſt etiā Amb. li. de officijs.

**Redire** peccata dicuntur. ſupra. Peccata dimiſſa.

**Reddenda** non ſunt mala ꝓ bonis. xxiij. q. iij.
Sex differentie. Auguſtinus in expoſi-
tione pſalmorum.
Redditur malum pro bono vel econuer-
ſo multis modis. vbi ſupra.
Reddituri ſunt homines ratõnem de mł
tis. ſupra. Ratõnem.
Reddere alienum nolens cum poſſit non
agit penitentiã: ſed ſe agere fingit. xiiij.
q. vj. Si res. Auguſtinus in epiſtola ad
Macedonium.
Reddere rem alienam inuentam nolens:
fur et raptor eſt. xiiij. q. v. Si quid.
Reddere ablatum volẽs: ſed non potẽs:
non tenet. xiiij. q. vj. c. j.

**Regalia** vel titulum in eccleſijs aut monaſterijs vſurpã
tes. ſ. Excõmunicatio. §. xvj.

**Reges** dicũt q̃ ſe alioſq; virtutibꝰ re gunt. ſicut ſũt clerici. xij. q.
pma. Duo. Jeronymꝰ ad leuitã quẽdã.
Regendi frangitur auctoritas dum erga
ſubditos nimium ſeruat humilitas. diſ.
lxxxvj. Dñi. Auguſtinꝰ de vita clicoruʒ.
Regendi ⁊ iubendi in maioribꝯ eſt pote-
ſtas. in minoribus eſt obſequendi neceſ-
ſitas. di. xxj. §. In his omnibus.
Regia voluntas eſt ſubdenda ſacerdoti-
bus in cauſis eccleſiaſticiſ. di. x. Certũ ẽ.
Regum itaq; tribunalia ſunt ſubiecta po
teſtati ſacerdotali. eo. ca. Suſcipitis. ſ.
Papa habet. ſ. Maior.
Regum proprium eſt facere iudiciuʒ ⁊ iu
ſticiam. xxiij. q. v. Regum. vnde prauus
veraciter rex nõ dicitur. ij. q. j. Scelus.
Regum officium eſt iuſta precipere ⁊ iniu
ſta prohibere. xxiij. q. iiij. Si eccl'ia. Itẽ
malos opprimere ⁊ bonos ſubleuare. xx-
iij. q. v. Regum. Jeronymus ſuper Jere
miã. Item pacem eccleſie procurare. et
blaſphemantes deum ⁊ eccleſiam expu-
gnare. xxiij. q. iiij. Quando vult. Et de-
bent rememorare vt eccleſie obſeruãtia
obſeruabilis obſeruetur. diſtin. xj. Noli-
te. de conſe. di. j. Baſilica.

**Regimen** in creaturis neceſſari uʒ eſt. quia ſine eo nõ
poteſt conſiſtere recta amminiſtratio. di
ſtin. lxxxix. Ad hec. Nam etiaʒ bruta ani
malia regimine viuũt. vij. q. j. In apibꝰ.
Jeronymus ad Ruſticũ monachũ.
Regimen fugientes ſunt trahendi: ⁊ am-
bientes repellẽdi. ſ. Prelationẽ.
Regimen eccleſie curate qualis aſſumat.
et quomodo ſe gerat. ſ. Parrochialis.
Regimen vrbis vſurpantes. ſ. Excom-
municatio. §. viij.

**Regnum** celorum ſunt homies iuſti. de pe. di. iiij. In
domo. Auguſtinus ſup illo Johannis.
In domo patris.

**Regula** generalis non naſcit ex diſpenſatõne aliquoruʒ
diſtin. lvj. Apoſtolica. §. Hoc autem.
Regula dicitur ex eo q̃ recte viuendi nor
mã prebet. diſtin. iij. Regula.
Regule religioſoꝝ confirmate ſunt quat-
tuor. quarum tres. ſcilicʒ. Baſilij. Bene
dicti. Auguſtini. xviij. q. ij. Pernicioſam
Et quarta. id eſt ſancti Franciſci. de ver
boꝝ ſignifica. cap̃. Exijt qui ſeminat. li-
bro ſexto. ⁊ in clementinis. eo. ti. ca. Exi
ui. memoratur.
Regula diligendi proximũ a ſemetipo in
cipit. Matthei. xxij. Diliges proximuʒ
tuum ſicut temetipum. xxiij. q. v. Si nõ
licet. Auguſtinꝰ. j. de ciui. dei.

**Regularis** canonicus nõ po teſt fieri mõachus
ſine licentia ſui ſuperioris: alias cogetur
redire. xviij. q. iij. per totum. Gloſa. eo. c.
Mandamus. Hoc intelligitur de licẽ-
tia petita. Quod hodie de omnibꝯ reli-
gioſis ad artiorem religionem tranſeun
tibus obtinet. extra de regularibuſ. cap̃.
Licet.
Regulares canonici poſſunt de iure com
muni eligi ad regimen ſecularium eccle-
ſiarum: ita q̃ habeant tamen ſecum ca-
nonicum ſui ordinis ſi fieri poteſt. extra
de ſtatu monachoꝝ. c. Ex dei timore.

**Relapſus** in hereſim abiura- tam ſine audientia
relinquendus eſt iudicio ſeculari. ⁊ ſi pe
niteat ⁊ petat: non negentur ſibi ſacram̃
ta penitentie et eucharistie. de hereticis
ca. Sup eo. li. vj.
Relapſus in hereſim cenſetur ſi quis ve-
hementer ſuſpectus licet non probatus

de hereſi eaȝ in iudicio abiurauerit ⁊ poſtea committit in ipa. Si vero ſuſpitio leuis fuerat: nō dȝ ꝓpt̄ h̄ poſtea pēa lapſorum hereticoꝝ puniri. grauius tamē q̄ꝫ alias punitur. eo. capi. Accuſatus. libro ſexto.

Relapſus in hereſim cenſetur qui in vna ſpecie vel ſecta hereſis commiſit vel vno fidei articulo vel ſacramento eccleſie et hereſim poſtmodum generaliter vel ſimpliciter abiurauit ſi extunc in alia ſpecie vel articulo vel ſacramento committat. vbi ſupra. §. Cū vero. li. vj. Idem ſi poſt abiuratam hereſim in quam lapſus fuerat hereticos receptet. deducat. viſitet. aſſociet. dōa l' mūera mittat. aut fauorem eis impendat. vbi. ˢ. §. Ille quoqꝫ. libro ſexto.

Religionis ſubſtantialia ſunt omnibus religioſis eadem. ſed qualitate differunt. extra de regularibus. c. Conſulti ſumus.

Religionem nouam aſſumētes. ˢ. Excōmunicatio. §. xxj.

Simoniace beneficiũ ſimplex recipiens ſi publicũ eſt. ip̃o iure ſuſpenſus eſt q̃ ad ſe ⁊ alios. ſimiliter ⁊ ip̃i mediatores. Extra. e. c. Accuſatum. di. xxxij. §. verũ. Si autem occultum eſt: tunc quo ad ſe ẽ ſuſpenſus. extra. e. c. Et ſi queſtiones. cap̃. Veniens. Eſt tamen ſuſpendẽdus. j. q. iij. ca. j. ij. ⁊. iij. Et tenetur reſignare libere. ⁊ reſtituere omnes fructus perceptos et percipiendos. xiiij. q. vj. Si res. extra de reſtitu. ſpolia. c. Grauis. Et ſolus papa diſpenſat: ſi ſciente ip̃o ſimonia interuenit. extra de ſimo. ca. De regularibus Si vero ip̃o ignorante: tenet̃ nihilominus renunciare ⁊ reſtituere fructus ꝑceptos. et p̃ot epiſcopus ſibi iterũ ↄferre: et cum eo diſpenſare. extra. e. c. De ſimoniace. extra de elec. c. Si alicui⁹. Fructus tamẽ perceptos q̃ʒdiu fuit bõe fidei poſſeſſoꝛ: qui iam cõſumpti erant: non tenet̃ reſtituere: ſi ſtatim cũ ſciuit renũciauit. C. de rei ven. l. Certum. Contra. Hoſtie. ⁊ Thomas.

Simoniace beneficiũ curatũ recipiens: eſt in eadem pena ſicut. s̃. ꝓxime de ſimplici beneficio. vt ibidẽ habet̃.

Simoniaca electio in vna eccleſia ꝑ̓iudicat etiã in alia. extra de ele. c. Sup eo

Simonia eſt ſi quis ignorãte filio ꝓ eius electõe pecuniã dat. vt. s̃. Simonia ẽ ſi aliquo rite electo.

Simoniace in p̄latum cuiuſcũq̃ʒ eccleſie electus et ꝑ prauitatẽ ſimoniacã reprobatus nõ p̃ot ab ep̃o de iure diſpenſari. extra de ſimonijs. c. Nobis fuit. in fine.

Simoniace eligẽtes. s̃. excõica. §. xxix.

Simoniaca prauitas eſt hereſis. j. q. prima. Qui ſtudet. c. Preſbyt̃

Simoniaca hereſis tante imanitatis eſt vt ei⁹ compatione cetera crimina ꝓ nihilo reputent̃. extra de ſimo. c. Per tuas.

Simoniac⁹ infidelis eſt etiã ſi fidelis videat̃. j. q. j. Verũ eſt. §. Obijcit̃. c. Cũ oiſ

Simoniac⁹ nõ reputet dignitatẽ ſacerdotij: niſi iuxta q̃ntitatẽ ꝓuentuũ. e. cap̃. Fertur.

Simonia eſt ſi res ſp̃ũales vendunt̃: etiã ſi eis ſint tp̃alia annexa. s̃. Inuenditum

Simoniacoꝝ pena eſt ꝙ ſi ↄuicti fuerint in ordine ab altaris miniſterio ſunt perpetuo ãmouẽdi. extra de ſimo. c. De hoc aut purgatõe indicta puniant̃ ad arbitrium iudicis. e. c. Inſinuatũ.

Simoniac⁹ eſt excõicand⁹. j. q. j. Repiũt̃ cap̃. Qui ſtudet.

Simoniaci hodie ſunt excõicati ⁊ ſuſpẽſi: cũ mediatoribꝫ: et eos nõ reuelãtibus pape. Et coꝝ abſolutio pape reſuat̃. etiam ſi al's plenaria abſolutio ↄcedatur. ſupra. Excõicatio. §. xxix. s̃. Abſoluẽdi

Simonia cet'a crimĩa vincit. iõ ſeru⁹ dñʒ ⁊ q̃libʒ crimĩoſuſ etiã meretrix eã accuſare p̃t. ⁊ admittit̃ ↄ̃ eã. extra de ſimonijs.

ca. Tāta. c. Licet Heli. c. Si dñs. Itez
infames admittunt ad accuſatōem. vj. q
j. §. Sz licet. Itē ſoci⁹ ſimoniac⁹. diſ. xx
ix. Si qs papa. xv. q. iij. Sane. Itē me
diatores. id eſt ſocij in crimie. tm̄ admit-
tunt teſtes cōtra ſimoniacū: dūmō ciui-
lit agit. de teſtib. ꝛ atteſta. ca. Mediato
res. li. vj. Itē ꝯplices eoꝝ accuſātes eos
nō ſolū veniā: ſz ꝛ grām ꝯſequūt. dūmo-
do ad pape noticiaz id reuelare ſtudent.
nec abſolui poſſunt donec reuelent. Ex
trauagāti Pauli ſcdi. q̄ incipit. Cū dete
ſtabile. Et qcunqz ſciēs nō reuelat pape
vel alicui vt ad ei⁹ noticiā veniat. Et h
infra duos dies nō faciēs ſi ſit intra curi
am. ſz ſi extra curiā fuerit q ſcit tenet ali-
cui corā trib aut duob teſtib reuelare.
Alioqn incidit penā ſimoniacoꝝ. q̄ ha-
bet. s. Excōicatio. §. xxix. Et extra. mar
tini qnti. q̄ incipit. Damnabile. Et abſo
lutio reſeruatur pape.

Simoniacos nō corrigētis pnia. s. cano
ne. xxij.

Simoniacos nō reuelantis pena. s. Ex
cōicatio. §. xxix.

Simonia nō cōmittit in tā paruis doniſ
que recipiētis animū merito nō cenſet i-
clinare: ꝯſiderata pſona dantz. recipien-
tis. tpe donatōis. ꝛ q̄ntitate munerz. ex-
tra de ſimo. c. Et ſi q̄ſtiones.

Simonia nō eſt offerre bona ſua mōaſte
rio ꝛ poſtea petere vt recipiat. niſi inten-
tio dātis vl recipientis fuerit corrupta.
extra. e. c. Mandato.

Simoniace recepta pecunia debet reſti-
tui eccl'ie in cui⁹ iniuriā data eſt. extra. e.
ca. De hoc aūt. ar. xvij. q. iiij. Si quis in
atrio. xxvij. q. j. Si qs rapuerit. Et hoc
verū eſt: dūmō eccl'ia nō fuerit in culpa.
Et dummodo ille q dedit manet i ſecu-
lo. quia ſibi nō debet fieri reſtitutio. Si
vero trāſeat ad religionē: vel iā religio-
ſus vadat ad aliud mōaſteriū: tūc fiat re
ſtitutio pecunie ꝛ poſſeſſiōis ei. i. illi mōa
ſterio ad qd vadit ſaltē ad vſufructum.
extra de ſimo. c. Veniēs. xvj. q. vj. de la
pſis. Si aūt totū collegiū fuit in culpa
tūc dat ſeq̄nti mōaſterio: nō ſolū ad vſu
fructum: ſz ſimplicit. ita ꝙ ad p̄mā eccle
ſiā nō reuertat poſt mortē ipi⁹. Si tamē
donās errauit in iure. tūc ex mia reſtitue
tur ei. extra. e. c. Veniēs. Idem fm̄ Ho-
ſtien. Si ado paup eſt ꝙ nō hz vn̄ viuat.

**Simplicitas** duplex eſt. vna
eſt ꝯria diſcreti
oni. et reprobat di. xxxix. Petr⁹. xvj. q. j.
Si cupis. Alia ꝯriat doloſitati. de qua
Math. x. Eſtote ſimplices ſic columbe.
et hr̄ extra de iureiurā c. Veritatis. De
illa intelligit cū dr. ꝙ ſimplr pcedenduz
ſit. id eſt nō ſubtilit. Eſt aūt ſubtilitaſ iu
ris duplex. vna tēdit ad decipiendū ſim
plices in iudicio ꝛ extra. q̄ repbat. xvj. q.
j. Si cupis. Extra de iudi. c. Dilecti fi-
lij. Alia tendit ad interptatōem iurium.
et hec eſt duplex. Vna ē rōnabilis. ꝛ iu-
ri ꝯſentanea ꝛ hec neceſſaria ē. extra d fe
rijs. c. Capellan⁹. q̄ etiā in foro anie bo
na eſt ad eliciendū veritatem. de pe. diſ.
vj. c. j. Alia eſt irrōnabilis qn̄ volūt tātū
ſubtiliſare ꝙ ſeipoſ nō intelligūt. ꝛ verba
peruertunt. Et hec reprobat. xxiiij. q. iij.
Cum ſancti. ſicut faciūt cauilloſi aduo-
cati. Et illa ducit ad pniciem. extra d iu
di. c. Dilecti filij. Et Panormi. Ibidem

Simplicitas innata excuſat a tanto i cō
miſſis. di. lxxxvj. Tanta. Gregorius Ja
nuario.

Simplicitas ꝛ ruſticitas quātū prodeſt
ſibi tantū nocet alijs. ij. q. vij. Sctā. Je-
ronymus in plogo Biblie.

Simplicitas colūbina eſt que dolo caret
et hec ſuadet. vj. q. j. Ex merito. xvj. q. j.
Si cupis.

**Simulatio** quandoqz fieri po
teſt cauſa vtilitatz.
xxij. q. ij. Vtilem.

**Singularitas** non eſt tenē-
da vbi cōmu
nitas beneviuit. quia oīs pars turpis
eſt vniuerſo ſuo nō congruēs. diſti. viij.
Que contra. Aug⁹. ij. ꝯfeſſionū.

Singularitas in religionis cōitate rep-
bat. extra de ſta. mo. c. Recolētes.

**Sindicus** procurator. actor. q̄
modo differūt. glo.
ij. q. vij. Si quis erga.

**Sociatur** quis malis triplr. vl
cōmittēdo. vl fauen-
do. vel nō corripiēdo. xxiij. que. iiij. Ita
Aug⁹. li. ij. ꝯ permenianū. s. Malis.

Sociatū corrupto difficile ē incorruptū

permanere.e.c. Quiſqs.ſ. Malorꝝ.
Societas requirit ꝯcordiā morꝝ.diſ.xlſ.
Q dicit.Aug⁹.li.qſtionū euāgelij.
Soci⁹ teneť ſociū ab iiuria defendere.xx
iij.q.iij.Nō inferēda.Amb.li.ſ.de offi.
Soci⁹ crimis nō admittiť in teſtimoniū
in eodē crimine.ar.extra ḋ teſti.ꝛ atte.c.
Ueniens.iiij.q.iij.Itē liberi.Nō fallit i
crimine leſe maieſtatꝫ.diſ.lxxix.ſi qs pa
pa.Et in crimie ſimonie.ſ.§.Simonia
cetera.Nā ſimonia equalꝫ ṗdicto crimi
ni in accuſatōe.xv.q.v.ſane.
Soci⁹.ꝯſiliari⁹.fautor.vel defenſor cri-
minis q̄ penis eiſdē aſtringiť:ꝛ de dam
no teneť:qs ſit:hꝫ in gloſa de penis.ca.
ſi qs ſuadēte.ṽ.Defenſarit.in cle.
Socius ꝑprie ƙꝫ deriuatores ḋr i ṗiculo
collega in officio.comes in itinere.con-
ſors in ṗmio.ſodalis in mēſa vel in ſede.
Sꝫ ƙm iuriſtas.ſoci⁹ ḋr in crimine.xxij
q.iiij.ſi ad pctm̄.Itē in ordine.extra de
confeſ.c.j.in fine.Itē in via.extra de vo
to.c.Uenietes.Itē in ꝯiugio.xxvij.q.ij
Cū ſocietas.Itē in lucro.extra de ſpon
ſa.c.Preterea.extra de ſepul.cap.ſ.Hec
gloſa.vbi.ſ.
Socius in crimine ƙm iuriſtas q̄ et con-
ſors ḋr triplicit.vt ſupra.ſociať qs.Ta-
mē qn̄ ſoci⁹ crimis ƙm ius puniť cū agē-
te:tūc ſtricte accipiť.p cooꝑatore.ſcꝫ qui
nō eſt vnus ṗncipaliū actorꝫ.Hec gloſa
de penis.c.ſi quis ſuadente.ver.Defen
ſarit.in clementinis.

**Sodomie** peccatū exerceť i ma
ſculis vel femīs eiuſ
dem ſex⁹.xxxij.q.vij.Uſus.Auguſtin⁹
contra Iouinianum.
Sodomia peior eſt q̄ꝫ cū ꝓpria matre pec
care.e.Adulteri.Auguſtinus de adulte
rinis coniugijs.
Sodomite depheñſi:ſi clerici ſunt:a cle
ricatu depoſiti in monaſteriū ꝑpetuo re
cludāť.laici vero excōicenť.extra de ex-
ceſſi.ṗla.c.Clerici.
Sodomite pnīa.ſ.canone.iij.ꝛ.iiij.

**Solacium** decens eſt ꝓ tēpo
re obſeruandū.v.q.
iiij.In loco

**Solem** face iuuare.Superuacuiſ
labo rat impēdijſ q̄ ſolē cer
tat facibꝫ adiuuare.Nā ſi omnia in h ſe-
culo vindicata eſſent:locū diuina iudi-
cia nō haberēt.vj.q.j.Si omnia
Solis magnitudo.ſ.Luna.

**Sollicitudo** tꝑaliū ſuffocat
ſpūalia.di.xlix.
Hinc etem̄.Gregori⁹ in paſtorali.

**Solitudo** promouet contēpla
tionē.q2 adam ſoluſ
exiſtens adherebat deo ꝛ non peccabat.
de pe.di.ij.Qn̄.Amb.ad ſabinū.

**Solenniter** penitentis ꝛ reci-
diuantis peniten-
tia.ſ.Canone.xxj.

**Solennitas** paſcalis die dñi
co celebrāda ſcō
Hermeti ab angelo in ſpecie paſtoris ſi
bi apparēte imperať:ꝛ poſtea ab ecclia in
ſtituiť.de conſe.di.iij.Noſſe.c.celebrita.

**Soluere** debita patris teneť fili-
us:ꝛ ṗlatus ſui anteceſ
ſoris q̄.p neceſſitate ecclie contraxit.Ex
tra de ſolutōi.c.Ad hec.
Soluere qs nō debet qḋ ſoluere nō ṗt in
parte nec in toto.ſꝫ ṗſtet cautōem q ſol-
uat cū ad pinguiorē fortunā venerit.ex
tra de ſolutōibꝫ.c.Odardus.

**Somniorū** ſunt diuerſe cauſe
di.vſ.Teſtamētū.
Gregori⁹ Auguſtino anglorꝫ epo.
Somnia deceptoria demones etiā īmit-
tunt.xxvj.q.iiij.Sciendū.Auguſtinus
de natura demonum.

**Sorores** tertij ordinis ſancti frā
ciſci.nō ꝯphendunť ſb
nomine beguinarꝫ.in eadē.ꝓhibitōe.q2
ille ꝓmittunt obedientiā ꝛ habēt reglāꝫ
per ſedē aplicam approbatā.Gloſa.de re
li.domi.c.Cum de q̄buſdā.ṽ.Obedien
tiam.in clementinis.
Sororem vel cōmatrē cognoſcentis pe-
nitentia.ſ.Cano.x.Cano.xij.

**Sors** eſt res humana dubietate di
uinā indicās volūtatē.xxvſ.
q.ij.Aug⁹.li.pſalmorꝫ.
Sortes inquirere aliqn̄ licitū ē.aliqn̄ nō
xxvj.q.ij.ꝑ to.licite ſūt qn̄ nō ſupeſt hūa
nū auxiliū.exēplo eleonis Mathie.e.c.
Nō exēplo.q.v.Nō lꝫ.Illicite ſūt q̄ fiūt
ꝑ magicas incātatōes:vel ad vanitates
exercēdas:aut ad ſclaria negocia:vel ad

occulta inquirēda.xxvj.q.ij.Si q̇.c.illō Et in glo.e.c.Nꝫ aūt.
Sorte nō dꝫ fieri electio. extra ð ſorti.c. Eccleſia vr̄a.
Sortiū genꝰ q̄ðcūqꝫ ſb̄ anathemate ꝓhibetᷣ.xxvj.q.v.Sortes.
Sortibꝫ ⁊ dinatōibꝫ credētes ⁊ illas obſeruātes grauitᷣ puniātᷣ.e.c.Si q̇s ep̄s aut pbr̄.c.Sortes.

## Sortilegꝰ

⁊ oīs magꝰ ē diligētᷣ extminādꝰ.e.c.ꝯtra.
Sortilegi ſt̄ q̇ ſb̄ noīe ficte religiōis ꝑ q̄ſdā ſortes q̄s ſctōꝝ vl̄ aplo͛ꝝ vocāt diuinatōis ſciam ꝓfitentᷣ ⁊ q̄rūdā ſcꝑturaꝝ īſpectiōe futa ꝓmittūt.xxvj.q.j.Sortilegi. Jſidorus.viij.li.ethimol.
Sortilegꝰ vl̄ diuinꝰ in codicibꝫ vel alijs rebꝫ: peniteat.xl.diebꝫ.extra de ſorti.ca. Jn tabul. Et pbr̄ ꝑ annū vl̄ vltra ab altaris miſterio ſuſpēdatᷣ: q̇ ꝑ aſtralabium et hmōi occl̄ta inq̄rit.e.c.Ex tuaꝝ.
Sortilegi q̇ demones īuocāt ſūt excōicati.ſ.Excōicatio.§.xxvj.
Sortilegoꝝ pniam. vide.ſ.cano. xxxiiij cano.xxxv.cano.xliij.

## Speciale

mādatū derogat gn̄ali: etiā ſi de eo n̄ faciat mētōez.extra de reſcꝑ.c.paſtoral.ſ. gn̄i.

## Spectacula

ꝓhibentᷣ clericis ſupra. Clerici.
Spectacula videre. infra. Venatores.

## Spes

in ſolo deo ⁊ nō in hoīe ē habēda.de cōſe.di.j.oīs xp̄iāꝰ

## Spūſſanctus

eq̄lis eſt pr̄i ⁊ filio.de cōſe. di.v.De ſpiritu.
Spūſſctūs a pr̄e ⁊ filio ꝓcedit. Jbidē. et extra de ſum.tri.ca.Firmiter.ꝓcedit ab eis etn̄alitᷣ: nō tāq̄ꝫ a duobꝫ ꝑncipijs: ſed tāq̄ꝫ ab vno ꝑncipio: nō duabꝫ ſpiratiōibꝫ: ſꝫ vnica ſpiratōe.e.ti.c.Fideli.li.vj
Spūſſctūs quō manet in iuſtꝭ ⁊ quō non de pe.di.ij.Querendū.Beda ſuꝑ Joh̄.

## Spūalia

ſunt tp̄alibꝫ digniora. extra ð maio.⁊ obedi. cap̄.Jllud dominus.
Spūalia tāto ſūt tp̄alibꝫ digniora q̄nta aīa ꝓfertᷣ corꝑi.extra de maio.ca.Solite.Et.ſ.Papa hꝫ etiā.⁊.ſ Eccīaſtica ſi.
Spūalia facilꝰ ꝯſtruuntᷣ q̄ꝫ ðſtruuntur. corꝑalia ecōtrario.extra de trāſla.c. Jnter corꝑalia.
Spūalia ⁊ eis annexa ſicē nec emi ſic nec redimi pn̄t.extra de ſimo.c.Querelā.
Spūalia q̄ dicūtᷣ.j.q.j.Gloſa. circa ꝑnci.
Spūalia ſemināteꝭ metāt tꝑalia a ꝓplo. xiij.q.j.Eccl̄iaſticas.§.Quia ergo.

## Spoliatꝰ

ab aliq̄ vtꝝ ⁊ q̄liter ſit iudicādꝰ.ij.q.ij.ꝑ totū.
Spoliatꝭ vtꝝ reſtitutio ⁊ q̄n ſit dāda.iij. q.j.ꝑ totū.
Spoliato an̄ litis ꝯteſtatōem oīa reſtituantᷣ.ij.q.ij.c.j.⁊ ſeq̄n.
Spoliatis vl̄ eiectis ep̄is oīa ꝑmo an̄ obiectōem cuiuſcūqꝫ crimīs reſtituantᷣ.iij. q.j.per totum.
Spoliatᷣ aīa ꝑ pctm̄ veſtibꝫ internis.ſ.iuſticia ⁊ iudicio.His ſpoliatꝰ adam: nudus inuētꝰ eſt.de pe.di.ij.Sapiēs.Ambroſius de vita btā.
Spoliatꝰ nō cogitᷣ rn̄dere ſpoliatori ante reſtitutōem.extra de ordi.cogni.c.cū dilectus.ſ.Audi.
Spoliati ꝑuilegiū eſt: vt non poſſit exuinudatꝰ.de reſti.ſpo.c.Freq̄ns.li.vj.
Spoliatꝰ cū criminalitᷣ agitᷣ dꝫ q̇ tota ſbſtantia vl̄ maiori ꝑte fuerit ꝑ violentiam deſtitutus.vbi.ſ.
Spoliatꝰ petēs reſtitui ꝓbare dꝫ q̇ poſſedit.⁊ q̇ ſpoliatꝰ ſit.extra de reſti.ſpoli. ca.Olim cauſam.et extra q̇ filij ſint legi. cap̄.Cauſam que inter.
Spoliato debet reſtitui res cū fructibus inde ꝑceptis.extra de reſti.ſpoli.c.Conquerente.
Spoliatōnis ab alio q̄ꝫ actore facte exceptio nō admittitᷣ q̄n ciuilitᷣ agitᷣ. Sed ſi criminaliter agitᷣ: admittitᷣ a q̄cūqꝫ facta ſit.dummō ſit de tota ſubſtātia vl̄ maiori ꝑte.⁊ debet vtraqꝫ exceptio ꝓbari īfra xv.dies.Alias fit cōdēnatio expenſarū. de reſti.ſpolia.c.Freq̄ns.li.vj.
Spoliatōis a tertio facte exceptōem obijciēs petat reſtitutōem īfra terminū a iudice ſtatuendū.al̄s accuſabitᷣ.nō obſtante exceptōe.vbi.ſ.
Spoliatiōis ꝑuataꝝ rerum exceptio nō obſtat agēti ſuꝑ rebꝫ eccl̄iaſticis.vel ecōuerſo.e.c.Freq̄ns.li.vj.
Spoliū ſcientᷣ ſuſcipiens reſtituat ſpoliato.extra de reſti.ſpolia.c.Sepe cōtigit
Spoliator ad reſtitutōem nō cogatᷣ niſi

ꝑus ei reſtituat̃ ab eo qui ipm ꝑmo ſpoliauit.ar.e.c. Olim vob.§. Raptor.

Spoliator reſtitutõne facta ꝓponat ſi q̇d hꝫ ꝯ ſpoliatũ.eo.c. Cõquerẽte. Añ autẽ reſtitutõem agere ꝯ eũ nõ põt.e.c. Item cum quis.

**Sponſa** de futuro nõ p̃t alt̃i nubere.xxvij.q.ij.§. Sꝫ cõcedit̃. Si tamẽ ꝯtrahit cũ altero de pñti tenet: etiã ſi ſpõſalia fuiſſent iuramẽto firmata.extra de ſpõſa.ꝛ ma.c. Ex litteris.§. Matrimoniũ de pñti.

Sponſa de futuro in ſeptẽ caſibꝰ p̃t recedere a ſpõſo.ſcꝫ ſi alter intret religionem hoc etiã tenet de ſpõſa de pñti añ copl'aꝫ carnis: extra de ꝯuerſi.ꝯiu.c. Ex publico. Itẽ ſi alt̃ recedit ad regionem lõginquã ita vt nõ poſſit inueniri.extra ꝺ ſpõſali.c. De illis. Itẽ ſi alter incurrit leprã vel aliquã deformitatẽ corpis. extra de iureiurã.c. Quẽadmodũ. extra de cõiu.lepro.c. Lr̃as. Itẽ ſi ſupuẽit affinitas.xxvij.q.ij. Quidã deſpõſauit.extra de cõſan.c. Sup eo. Itẽ ſi fornicet̃ alt̃ ſponte vel coacte.extra de iureiu.c. Quẽadmodũ. Itẽ ſm q̈ſdã ſi mutuo ſe abſoluerint extra de ſpõſa.c. Preterea. Itẽ ſi ꝯxit cũ alia de pñti.ſꝫ in h̄ peccat.extra de ſponſa duoꝝ.c.j.ꝛ.ij.§. Mr̃imoniũ de pñti. Itẽ ſi nõdũ fuerit adulta ꝛ poſtea nõ hꝫ ratũ.extra de ꝺſpõſa.ipu.c. De ill'. Hec gloſa.xxvij.q.ij. Sic quippe.

Spõſam fr̃is ſi frat̃ deſpõſet neut̃ coꝝ ipſam hẽbit.ſꝫ pnia pacta ſi vult ducat aliã extra de mr̃i.ꝯ interdi.c. Littere.

Spõſam de futuro nullꝰ ꝯſanguineoruꝫ ducere p̃t.§. Deſpõſatã. dũmõ ſit nubili etati ꝓxia.extra de ſpõſa.ꝛ ma.c. Sponſam. Quã ſi frat̃ eiꝰ de alia mr̃e duxerit: et iuramẽto mr̃imoniũ firmauerit: de iuramẽto peniteat. ꝛ ipam dimittat.e.ca. Ad audientiam.

Spõſe ſue ꝯſanguineã nullꝰ ducere põt nec ductã retinere ꝓpter publice honeſtatis iuſticiã.extra de deſpõſa.ipu.c. Duo

Spõſã nõdũ ſeptẽnẽ ducẽs ꝛ de actu carnali eã tẽptãs: lꝫ ñ ꝯpleat ipm: ſi pꝰ ea cõſanguineã eiꝰ duxerit: ab eadẽ ſepet̃. Extra de ſponſa. ꝛ ma.c. Juuenis.

Spõſam de pñti tradẽs ſuo ꝯſanguineo inuitã vxorẽ: ſi illa.lꝫ a ſcdo cognita.aufugerit ab eo ꝛ ꝑmũ repetierit: tenet̃ ille eã recipe.niſi ipa ad ꝯtinẽtiã induci poſſit.extra de eo q̇ cogno.c. Diſcretõem.

Spõſã altiꝰ ducẽtꝫ pnia.canone.xj.

**Sponſalia** ſũt cõuẽtio vl' ꝓmiſſio futuraꝝ nuptiarũ ff.de ſpõ.l.j.ꝛ in glo.xxvij.q.ij. Seq̇t.

Spõſalia int̃ ifantes.i.itra ſeptẽniũ ꝯhĩ nõ pñt.xxx.q.ij.c.vnico.extra de deſpõ.ipu.c. Acceſſit.§. Mr̃imoniũ pueri.

Spõſalia ꝯhũt dũtaxat int̃ inubiles: nõ mr̃imoniũ.vt.§. Mr̃imoniũ nõ ꝯhit̃

Spõſalia ifra ſeptẽniũ ꝯcta q꞉ nll'a ſũt iõ ſi alt̃ cũ mr̃e eiꝰ quã ifra ſeptẽniũ deſponſauerat ꝯhat: tenet mr̃imõiũ.niſi ꝑor pꝰ ſeptimũ annũ ratificauerit.extra de deſponſa.impu.c. Lr̃as.c. Acceſſit.

Spõſalia ꝯcta poſt ſeptẽniuꝫ impediunt matrimoniũ cõtrahẽdũ cũ q̈libet cõſanguineoꝝ.ꝛ ſoluũt ꝯcrũ.e.c. Acceſſit. Extra de eo q̇ ꝯgno.c. Fraternitati.

Spõſalia ꝯhẽtes infra ãnos nubiles vltra tamen ſeptennium ſpectare debẽt vſq; ad etatem legitimam. Quibus ſi tunc placet.cõmaneant. Si non: ſeparentur niſi cõmixtio carnalis interueniat. Extra de deſponſa.impubeꝝ.ca. A nobis. Ante enim legitimã etatem ſiue vnus ſiue ambo petierint ſeparari: nõ audiãtur Sed qui poſterior ad legitimã etatem ꝑtigerit: ſi ſepari petierit: iudicio eccl'ie ſeparentur. Similiter eſt de altero.ſꝫ gloſã. Sꝫ ſi a ꝑncipio alt̃ fuerit pubes ille expectabit pubertatẽ alteriꝰ. qui pubes effectus ſi cum eo manere voluerit: non poterit ille amplius diſſentire.e.c. de ill'

Spõſalia ſub conditõe contracta ſi conſenſus ꝺ preſenti interueniat vel copula carnis diſſolui nõ dñt.etiã ſi cõditio nõ cõpleat̃.extra de condi.appo.c. Sup eo ca. Per tuas. Et infra. Spõſalia ſb conditione. Nam

Sponſalia de futuro tranſeunt in matrimonium per copulam carnis ſubſequẽtem non precedentem tantum.ſi copula cum effectu ſit ſubſecuta. Non enim ſufficit conatus ſine effectu. alioqui ſoluñtur ꝑ ſpõſalia de preſenti. extra de ſpõſalibꝰ ꝛ matrimonijs.cap. Is qui fidem.c. Adoleſcens.

Sponſalia ſi quis cõtrahit per ꝟba q̃ alt̃

nõ intelligit: dñt ipa intelligi in eo ſenſu quẽ ſolẽt recte intelligẽtib⁹ generare. extra de ſponſa. ⁊ ma. c. Ex lr̃is. ꝑmo.

Spõſalia nõ dñt ꝯbi ſtipulatõe pene appoſita. Et iõ pecuniã ꝓ pena extorquentes: ꝯpellant̃ ꝑ cen. eccle. e. c. Gẽma.

Spõſalia pura. i. nõ ꝯditionalia et certa dũmõ nõ ſit ibi defectus rõne ꝯſenſ⁹ inducũt efficax ĩpedimẽtũ iuſticie publice honeſtatꝫ ad ĩpediendũ ⁊ dirimẽdũ ſeq̃ntia mr̃imonia. nõ tñ ꝓcedẽtia. Et ſi dc̃a ſpõſalia ꝓpter aliq̃ impedimẽta al's ſunt nll'a. de ſpõſa. ⁊ ma. c. vnico. li. vj. Gloſa. Incerta. ſic̃ dicẽdo. ducã vnã de illis.

Spõſalia de futuro ꝯbens ſi poſtea cum ei⁹ ꝯſanguinea in ĝdu ꝓhibito cõtrahit eodẽ mõ cogit̃ ꝑmã ducere. Si ꝟo ſc̃dã cognouerit nõ pt ꝑmã hr̃e ꝓpter ſupuenientẽ affinitatẽ. nec ſc̃dam hr̃e pt ꝓpt iuſticiã publice honeſtatꝫ. e. c. vnico. li. vj. iũcta gloſa verbi. Idem fecit.

Spõſalia ſi mõach⁹ ſacerdoſ vel frigid⁹ aut ꝯſanguineus vl' q̃uiſ impedimẽto laborãs pure ⁊ certe ꝯtrahit: oẽs ꝯſanguinei ei⁹ cũ ea ne ꝯhant: impediũt̃. vbi ſupra in textu ⁊ gloſa.

Spõſalia nõ ꝯtrahunt̃ int̃ eos quoꝝ alt̃ mioꝛ eſt ſeptẽ annoꝝ. nec ꝑ ipos nec per parẽtes: niſi facti maioꝛes in eadẽ volũtate ꝑſiſtãt. Vnde nec alias ĩducũt iuſticiã publice honeſtatis ꝓpter defectũ conſenſus. de deſpon. impu. c. ſi ĩfãtes. li. vj.

Spõſalia dũtaxat ⁊ ñ mr̃imõiũ ꝯtrahit̃: dummõ alter ꝯtrahẽtiũ fuerit impubes vl' nõ ꝓxim⁹ pubertati. ⁊ in q̃ etatem nõ ſupplebat malicia. etiã ſi ꝑ verba de ꝓſenti ⁊ cũ intentõe ꝯtrahendi mr̃imonia celebrata fuerint. Nec etiã ꝑ lapſum dicti temporis in mr̃imoniũ tranſit: niſi ꝑ copulam carnis ſubſecutã: vel alio mõ cõſtiterit eos in volũtate cõtract⁹ ꝑduraſſe. e. c. ſi infantes. li. vj.

Sponſalia ꝑ parẽtes ꝓ filijs contracta ſi ipi fuerint infra ſeptẽniũ vel ſi ſupra ⁊ nõ conſenſerit: pñt ipi cũ alijs contrahere. xvij. q. ij. per totum.

Sponſalia per parẽtes ꝓ filijs puberib⁹ vel impuberibus contracta ſi filij vel expreſſe vel tacite conſenſerint: ſi preſentes nõ cõtradixerint vel abſentes aut ignorantes poſtea factum ratificauerint: obligant filios ⁊ inducunt iuſticiã publice honeſtatis. alias minime. de deſpon. impube. c. ſi infantes. li. vj.

Spõſalia ſub cõditõe contracta ante extantẽ cõditõem nõ inducũt iuſticiã publice honeſtatꝫ. de ſponſa. ⁊ ma. c. Ex ſpõſalib⁹. libro ſexto.

Sponſalia per parẽtes pro filijs ꝯtracta fide interpoſita de ꝯſenſu filioꝝ: ſi parẽtes fregerint: triennio ſint cõmunione ꝑuati. Si vero filij noluerit ꝯſentire. i. ꝗ nõ ſtat per parentes: erũt parentes excuſati. xxxj. q. iij. c. vnico. Et hr̃ penitentia ſupra. Canone. xxvj.

**Statutum** nõ valet per qđ diuinus cult⁹ ſiñ cauſa diminuitur: etiã ſi a papa cõfirmetur. extra de conſti. c. Ex parte.

Statuta canonũ ab om̃ib⁹ obſeruent̃. et nemo in accuſationib⁹ vel iudicijs eccleſiaſticis ſuo ſenſu: ſed eoꝛuꝫ auctoꝛitate ducatur. extra de ꝯſtitu. c. Canonũ.

Statuta iuris que quis in alterũ ſtatuit ipe ſeruare debet. quia dicit ſapiẽs. Patere legẽ quã ipe tuleris. e. c. Cum om̃es

Statuta eccleſie ſm̃ varietatẽ tempoꝛis variare nõ eſt repꝛehẽſibile. dummõ neceſſitas vel vtilitas id poſcit humana. Extra de conſang. ⁊ affi. c. Nõ debet.

Statuta epoꝝ ſiue oꝛdinarioꝝ nõ ligant ignoꝛãtes. niſi ſit ignoꝛãtia craſſa vel ſupina. nec ligant ſubditum ſuũ extra dioceſim ſuam. de conſtitu. c. Vt aiaꝝ. li. vj

Statuta locoꝛum per que officium inq̃ſitionis heretice prauitatis impediret̃: irritum eſt. et rectoꝛes locoꝛum requiſiti per epiſcopum vl' eius officialem aut inq̃ſitoꝛem. compellant̃ per cenſuram eccleſiaſticã ſtatutum eis exhibere: et in toto reuocare vel ſaltẽ ita modificare vt officio pꝛedicto non pꝛeiudicet. de hereticꝭ. ca. ſtatutuꝫ. ſ. li. vj.

**Statuentes** contra eccleſiaſticam libertatẽ et eis fauentes vl' obſ'uãtes. s̃. Excõicatio. §. xiiij.

**Status** vniuſcuiuſqꝫ is eẽ videt̃ in q̃ dep̃hendit̃ donec ꝯ̃riũ doceat̃. ð ſen. ex. c. ſi iudex. §. idẽ. li. vj

Status penitentiũ nõ intelligit̃ repꝛobatus ꝑ ſtatũ beguinaꝝ. de reli. domib⁹. c.

Cum de quibuſdam. §. Sane. in clemẽtinis. in gloſa verbi. Obedientiã.

**Stella** magoꝝ pfecto miniſterio in ſuã materiã redijt. ſic ⁊ colũba ſup xp̄m apparens. de conſe. diſtin. iij. Om̄s quos. in gloſa verbi. Columbe.

**Stolam** nõ habens legẽdo ſolenniter euãgeliũ vł celebrãdo: grauit peccat. di. xxiij. c. Eccłiaſtica

**Studium** generale ⁊ eiuſdẽ p̄uilegia habent in curia romana. de priuile. c. Cũ de diuer. li. vj

Studia linguaꝝ infideliũ vbi hr̃i debẽt ſupra. Magiſtri.

**Stultus** in culpa: efficit ſapiens in pena. di. xxxviij. qui ea. Grego. in moralibꝫ.

**Stuprum** eſt illicita virginuʒ defloratio. xxxvj. q. p̄ma. §. Cum igitur.

Stuprãs ṽginẽ dotabit eã: ⁊ hẽbit ipam vxorẽ. quã ſi pater ei dare noluerit: reddat pecuniã .p dote. extra de adul. ⁊ ſtupro. c. Si quis ſeduxe. Et ſi ille eam noluerit habere: corpalit caſtiget: ⁊ a cõiõne ſepatus detrudat in monaſterium ad penitentiã agendã. e. c. Peruenit.

**Subdelegare** nõ põt q̃s alteri: ſi ſibi cõmiſſum fuerit vt p̄dicet crucẽ. excõmunicet. abſoluat. diſpenſet cũ irregularibus vel penitẽtias iniũgat. q2 nõ iuriſdictio ſed certũ ei miniſteriũ cõmittit. extra de offi. dele. c. Q̃m aplica.

Subdelegatus non poteſt ſubdelegare cauſam. extra de appella. c. Cũ cauſam.

**Subdiaconi** prohibent ſm iura antiq̃ cõtingere vaſa ſacra dñica. diſt. xxiij. Non oportet.

Subdiacono ⁊ nõ minoribꝫ clericis licʒ portare vaſa ſacra. ſcilʒ in quibꝫ ſunt reliquie. e. c. Non licet.

Subdiaconi officium ẽ calicẽ et patenã ad altare deferre ⁊ leuite tradere. di. xxv Perlectis.

Subdiaconus hodie gaudet eodẽ priuilegio quo diaconus. ⁊ eſt ordo ſacer. Extra de eta. ⁊ quali. c. A multis.

Subdiaconus ordinari nõ debet niſi caſtitatẽ pmittat. di. xxviij. Nullum. c. De his. di. xxxj. Ante trienniũ. ⁊ p totũ.

Subdiacon⁹ tenet ſeruare continentiaʒ ſicut ⁊ diacõ⁹. extra de ſeruis nõ ordi. c. Miramur.

Subdiaconus matrimoniũ contrahere nõ põt: etiã ſi al's irreglaris effectus ſit. extra qui clerici vel. c. De diacono. Et ſi contrahit nõ tenet. di. xxvij. Preſbyter. Et niſi monaſteriũ intret ⁊ ibi laudabiliter ꝯuerſet: nõ põt per diſpenſatõʒ epi in ſubdiaconatu miſtrare: nec ad altiores ordines pmoueri. ſʒ in minoribꝫ tm̄ miniſtret. extra qui clerici. c. Ex litteraꝝ. Hodie eſt excõicat⁹. de ꝯſang. et affi. capi. vnico. in clemẽ.

Subdiaconos nullus ordinare poteſt in dominicis diebꝫ niſi papa. extra de tempo. ordi. c. Subdiaconos.

Subdiaconus ordinand⁹ habeat. xviij. annos. s. Ordinari p̃t.

Subdiaconus põt eligi in ep̄m ſicut diaconus vel ſacerdos. extra de eta. ⁊ quaca. A multis. in fine.

Subdiaconus põt fieri legat⁹ pape. dis. xciiij. per totum.

**Subditi** nõ accuſent. cõdemnẽt vel iudicent platuʒ. vj. q. j. Sacerdotes. c. Oues. etiam ſi facta eorũ vident rephenſibilia. niſi a fide exorbitent. ij. q. vij. Oues. Alioquin maledictionẽ cham accipient. e. c. Sentẽtia ſupra. Prelatoꝝ vitam.

Sbditi platos iudicãtes ſcant. p Ozã. ij Reg. vj. Et plati ſignificãt p archã. Inclinatio arche ſcat pietatẽ q̃ plati infirmitates ſbditoꝝ tolerãt ⁊ eis ꝯpatiũt. Oza manũ appones ſ't ſbditi rephẽdẽtes pietatẽ platoꝝ ac eos i ſeueritatẽ erigere conãtes. ij. q. vij. §. His itaq3. Greg. v. moraliũ. s. Saul.

Subditum alienum nullus iudicare vel excõicare poteſt. ix. q. ij. per totũ.

Subditum alienum ordinans. s. Ordiari non debent.

**Submiſſiones** bonoruʒ eccleſie faciẽtes. s. Excõicatio. §. xix.

**Subſtitutionum** alia directa. alia indirecta ſiue obliqua cũ ſubdiuiſionibꝫ. in gloſa. de teſtamẽtis. c. Si pr. vel.

bi. Abſqꝫ. libro ſexto.
Subſtitutiões interp̄tanẗ directe dũmo-
do couueniãt verbis ⁊ pſonis inſtitutis. ⁊
i ſubſtitutõib᷒ fideicõmiſſorijs: ſed locũ
habet quartaꝝ deductio. ſed nõ in dire
ctis. de teſtamẽ. c. Si pater. li. vj.

**Subtilitas** iurꝫ. s̃. Simpli-
citas.

**Succedentium** differẽtia
relictoruꝫ
ab inteſtato. s̃. Pater carnalis.
Succedens. Is qui in ius ſuccedit alte-
rius eo iure quo ille vti debebit. de regu
lis iuris. c. Is qui. li. vj. Item rõni con-
gruit vt ſuccedat i onere qui ſubſtituiẗ i
honore. e. c. Rationi. li. vj. extra ꝺ maio.
et obe. c. Per tuas.

**Succeſſio** non debet eſſe in eccle-
ſijs. lxxx. q. j. Aplica.
Succeſſionis viciũ in beneficijs eccleſia
ſticis tollit pſona media. extra ꝺ filijs p̄ſ
byteroꝝ. c. Cõſtitutus. c. Ad extirpan.

**Succeſſor** excõicati vel quicũ-
qꝫ alius officialis ex
cõmunicatus nõ eſt niſi eidẽ cõmunicet
in crimĩe. Si tamẽ ab eo ſolo iuriſdicti-
onẽ accepit: nõ valet que idem ſucceſſor
exercet illo in excõicatõe manente. de of
fi. vi. c. Romana. li. vj.
Succeſſor nõ obligaẗ de contracto facto
ab anteceſſore in damnũ ecclie. extra de
precarijs. c. De p̄carijs.

**Suffragia** eccleſie tollit excõi-
catio. xj. q. iij. Qui
cunqꝫ intra. xxiiij. q. ij. De cõione. ⁊. c. ſe.
Suffragia defunctoꝝ. s̃. Animaruꝫ. Et
infra. Suffragia.
Suffragia pſunt defunctis qui hic in vi
ta ſibi ea pdeſſe meruerũt. Sed quoniã
neſci⁹ qb᷒ pſint: p oib᷒ fieri dñt. xiij. q. ij. ñ
eſtimem⁹. Aug⁹. de cura agẽda p mor.
Suffragia nõ pſunt malꝰ defũctꝫ etiam ſi
iob. daniel. ⁊ noe rogẽt. e. c. In pñti. Je-
rony. Glo. iob. i. ꝯiugati. daniel. i. ꝯtinẽ-
tes. noe. i. rectores. s̃. Mali.

**Sudor** ver⁹ erat q̃ tãqꝫ gutte ſan-
guis fluxit de corpe xp̄i. ex
tra de cele. miſſaꝝ. c. In quadã.

**Superbia** ẽ alijs ſe p̄ferre. diſt.
xxij. Cõſtãtinopo.
Sup̄bia in infernum demergit. di. xcvj.
Cum Adam.

**Superior** clerici ordinãdi ẽ ep̄s
ſue origis vꝉ domici
lij vꝉ bñficij eccliaſtici. ꝺ tẽ. or. c. Cũ nul
lus. libro ſexto.
Sup̄iores nõ dñt ſe erga ſubditos nimiſ
p exceſſib᷒ ſuis hũiliare: veniã ab eis pe
tẽdo. ne dũ nimiũ ẜuaẗ hũilitas: regẽdi
frãgaẗ auctoritas. di. lxxxvj. Nõ. Augu
ſtinus de vita clericoꝝ.
Sup̄iores nõ iudicẽẗ a ſubditꝫ. s̃. ſb̄diti.

**Superſtitionũ** ⁊ pactionũ
obſeruatio-
num plura genera habentur. xxvj. q. ij.
Illõ. Aug. de doc. xp̄iana. e. c. Nec miꝝ
Auguſtin⁹ de ciuitate dei.
Sup̄ſtitio augurioꝝ ⁊ ꝯſtellationũ ẽ cul
tus idolatrie. e. c. Sed illud. Jerony.
Sup̄ſtitõib᷒ inſiſtẽtes anathematizanẗ.
⁊ ſup̄ſtitões obẜuãteſ. xxvj. q. iiij. Siqs
ariolos. s̃. Excõicatio. §. xxvj. vel caris
eorum vtentes.

**Suſpectus** de hereſi. s̃. hereſi
ſuſpectus. s̃. Rela
pſus in hereſim.
Suſpect⁹ vꝉ inimic⁹ nõ dꝫ eẽ iudex. Ex
tra de appella. c. ſecũdo reqriẗ.
Suſpect⁹ iudex vꝉ delegat⁹ ap̄lic⁹ legiti
me p̄t recuſari. ip̄e tñ p̄t licite vices ſuas
cõmittere añqꝫ recuſatio ꝯ ip̄m pponaẗ.
Et ſi i totũ cõmiſerit: nõ potit cõmiſſio
p eũ facta vlti⁹ recuſari vꝉ ĩpugnari. poſ
let tñ ſi aliq̃d iuriſdictiõis ſibi reẜuaſſet.
pposita aũt recuſatõe ip̄i⁹ nõ p̄t cõmitte
re niſi de ꝯſenſu recuſatorꝫ. cũ ꝯſenſu tñ
ip̄i⁹ p̄t ẽt ſi recuſatio ſit iaꝫ pbata. dũmõ
nõ fuerit ſup ea pnũciatũ. q2 extũc oĩno
deſijt eẽ iudex. et iõ ẽt cũ ꝯſenſu illi⁹ nul-
la p̄t p eũ fieri cõmiſſio. de offi. ⁊ pote. iu
di. dele. c. Judex. li. vj.
Suſpitõis cã q̃ hr̃ ꝯ vnũ de duob᷒ dele-
gatꝫ ap̄licꝫ cũ clauſula qꝫ ſi ambo ĩtereſſe
nõ pñt. ⁊c̃. pponaẗ corã nõ recuſato cõiu
dice vꝉ cõdelegato ad quẽ virtute dicte
clauſule ptinet cognitio cauſe ⁊ expedi-
tio. vbi ãt dicta clauſula nõ ẽ: dꝫ hr̃e re-
curſus ad arbitros. Cũ ãt delegat⁹ ep̄i
recuſaẗ. cã recuſatõis corã ep̄o ẽ pbanda
Idẽ ſi officialꝰ ep̄i recuſeẗ. lꝫ ab officiali
ad ep̄m nõ poſſit appellari. ꝺ offi. ⁊ pote.
iudi. dele. c. Si contra. li. vj.

Suſpitio eſt repellenda. vj. q. j. Oues.
Suſpitio temeraria. ij. q. j. Multi. Augu. omelia de pnīa. s̄. Diuorcij ſnīa.
Suſpitio ꝓbabilis. vij. q. j. Peniam.
Suſpitio violēta. xxxij. q. ij. Dixit.
Suſpecti ſūt corrigēdi ⁊ in vinculis detinendi ac verberibꝰ caſtigādi. argu. extra de depoſito. c. Grauis.
Suſpectū habet factū pro qualitate perſonarū id facientiū. vn̄ honeſtas ſuſpitionē aufert facti alias ſuſpecti. Extra de preben. c. Niſi eſſent.

## Suſpendendis vere confeſſis. eucariſtia ⁊ ecc̄iaſtica ſepultura deī. xiij. q. ij. Queſitū.

.§. j.

Suſpendendus eſt clericus ſine licentia ſui ep̄i ab alieno ordinatꝰ. de tpibꝰ. or. c. Eos qui. li. vj. Gloſa. ꝟ. Statuūt. Ipſo tn̄ iure ſuſpēſus eſt ab executōe ordinuꝫ. nō tn̄ inducit illa ſuſpenſio irregularitatē. ſꝫ ſuſpendēdꝰ eſt neceſſario ab homine vt irregularitatē inducat in hoc caſu Hec gloſa vbi. s̄.
Suſpenſus eſt ab executōe ſuoꝝ ordinū qui ſe abſqꝫ diſpenſatōe ſiue extra tpa a iure ſtatuta: ſiue ante etatē legitimam vl' abſqꝫ dimiſſorijs litteris ab alieno ⁊ vltramōtanis ⁊ citramontanis (ꝑterqꝫ ſi ꝑ camerā apoſtolicā ordinet) ad quēcunqꝫ ordinē ſacrū ordinare fecerit. Et ſi durante ſuſpenſiōe ſe ingeſſerit: irregularis efficitur. cum penis alijs a iure ſtatutis Hec Pius quartus in extrauagā. q̄ incipit. Auctoritate ap̄lica.
Suſpenſionis ſiue interdicti ſententiaꝫ epiſcopi nō incurrunt. niſi ſpecialiter de ipis caueatur. de ſenten. excom. c. Quia periculoſum. li. vj.
Suſpenſionis diuerſa genera habentur in gloſa. de penis. c. Cupientes. ꝟ. Suſpenſi. in clementinis.
Suſpenſus quo ad ſe. ſcilꝫ a ſacramentorū perceptōne eſt q̄libet in peccato mortali exiſtens. di. vj. Teſtamentū. j. que. j. Sacerdotes. Sed quo ad alios tūc qn̄ illud eſt notorium iuris vel facti. Extra de tempo. ordi. ca. vltimo. extra de cohabi. clericoꝝ. c. Queſitum. s̄. Notorium. Et qn̄ debent vitari. j. Uitari.

Suſpenſi ſunt a collatiōe ordinū ⁊ priuati ſcꝫ excōmunicati. ſuſpenſi. heretici. degradati. depoſiti. ſciſmatici. ſimōiaci. notorij fornicarij. ⁊ qui dignitati renunciarūt. j. §. xiij.
Suſpenſus ab officio eſt ſacerdos cōcubinarius. Gloſa. notorius. di. xxxij. Preter hoc. j. Uitari.

.§. ij.

Suſpenſus eſt per annū ab officio iudex eccleſiaſticus. ordinarius. ſiue delegatꝰ qui per gratiā vel ſordes vl' fraudes cōtra iuſticiā ⁊ cōtra conſcientiā aliq̇d i iudicio fecerit in grauamē partis. ⁊ nihilominus condemnet parti leſe in eſtimatione litis. Si vero infra annū ſe diuinis ingeſſerit: irregularis efficit. ⁊ perpetuo erit ſuſpenſus. niſi papa cū eo diſpenſet de ſentē. ⁊ re iudica. c. Cum eterni. li. vj Gloſa. Fallit in ep̄o qui ſuſpenſionē non incurrit. niſi de ip̄o ſpecialiter caueatur. de ſenten. excom. c. Quia periculoſuꝫ. libro ſexto. Ad hoc vt pena iſta locuꝫ habeat oportet ꝙ quattuor concurrant. ſcilicet. contra iuſticiam. contra conſcientiam. ⁊ in grauamen partiſ. ⁊ per gratiam vel ſordes. i. prece. precio. timore. amore vel odio corruptus hoc faciat. Hec gloſa vbi ſupra verbi. Ordinariꝰ.
Suſpenſi ab officio ⁊ amminiſtratōe ſūt prelati alienatiōes facientes. vt. s̄. Bōa immobilia. Et. j. §. iij. § vj.
Suſpenſus ab officio eſt quiſqꝫ etiam patriarcha vel epiſcopus vel alius eccleſiaſticus prelatus manifeſtos vſurarios in ſuo territorio tolerans. ⁊c̄. vt. s̄. Excommunicatio. §. xxx. j. Uſurarijs mãifeſtiꝫ.
Suſpēſus ab officio eſt quiſquis oblationes manifeſtorum vſurarioꝝ recepit aut illos ſepelierit. nec abſoluendus donec ad arbitrium epiſcopi leſis ſatiſfecerit. extra de vſuris. cap̄. Quia in omnibus. ſupra. Excōmunicatō. §. xxiiij. j. Uſurarijs. ⁊. s̄. Reſtituere vel cautionē.
Suſpenſus eſt iudex eccleſiaſticꝰ ab igreſſu eccleſie ſi ſententiā cenſure indebite ꝓfert. s̄. Excōicatio. §. ij.
Suſpēſus ē ep̄s ab officio triēnio ſi abutit officio iq̇ſitōis. s̄. Excōicatio. §. xxvj
Suſpenſi. excommunicati. et etiam interdicti ſunt ipſo facto omnes ordinarij

officiales.cõmiſſarij.vel delegati eoꝝ
qui ſedis aplice officiales aut eiuſdeꝫ ſe
dis obſequijs inſiſtentes quouis noīe cẽ
ſent.aut quocũqꝫ ꝓ ſuis et eoꝝ negocijs
ad ſedẽ veniẽtes.⁊ ibi morã trahẽtes.vł
etiã inde recedẽtes ſuis beneficijs ꝓuãt
vel ꝓuantes decernunt.aut declarant.
vel p̄textu cuiuſcũqꝫ ꝓuatõis alijs eadẽ
conferunt.Et ſimlr ea ab illis recipien-
tes eiſdẽ ſentẽtijs innodant.⁊ a ſolo pa-
pa abſoluunt ab excõicatiõe.Omes eti
am ꝓceſſus in p̄dictos cõtra mentẽ illi⁹
cõſtitutõis ab ordiarijs vł alijs ſiue ſen
tentie ꝓmulgate:irrite ſunt.Extrauagã
ti Eugenij quarti.que icipit.Diuina in
eminentis ſedis aplice.Data rome apõ
ſanctũ Petrum anno dñi.Mccccxxxij.
Pontificat⁹ eiuſdẽ anno.ij.ſ.Excõica-
tio.§.xiij.§.xv.Et infra.§.viij.

.§.iij.

Suſpenſus eſt ab officio religioſus con-
cedẽs alicui ad vitã vel ad certũ tp̄s iu-
ra redditus.vel poſſeſſiões admiſtratio
nis ſue.Nec valet ꝯceſſio.niſi neceſſitas
vel vtilitas eccłie ħ poſtulet.de cõſenſu
cõuentus vł licẽtia ſui p̄lati.locare tam
poteſt p̄dicta.ac fruct⁹ ⁊ reddit⁹ ad mo
dicũ tp̄s vẽdere.de reb⁹ eccłie nõ alienã
dis.c.Monaſterioꝝ.in clemẽ.§.Bona
immobilia.Et.j.§.vj.

Suſpenſi ſunt ab officio monachi prela
ti q̇ formã ꝯuerſatõis eis aſſignatã exce
dunt.ſ.Monachis nigris.

Suſpenſi ſunt ab officio religioſi.ſcꝫ p̄di
catõis q̇ ſibi ꝯfitentib⁹ nõ faciũt cõſcias
ð decimis ⁊ hmõi ſoluẽdis.ſ.Decimaſ
nõ ꝓmouentes.

Suſpenſi ſunt p̄lati religioſoꝝ ſi requiſi
ti nõ ſatiſfecerint.vt.ſ.Religioſi q̇ i ſuis
Et eſt ab officio ſuſpẽſio.vt ibi.

.§.iiij.

Suſpenſi ſunt ab officio ꝑ annũ ꝯſerua-
tores intromittẽtes ſe de alijs q̃ꝫ mani-
feſtis ⁊ notorijs iniurijs.ſ.Conſeruato
res intromittentes.

Suſpeuſi ſunt epi per annũ a ꝯfirmatõe
et ꝯſecratõe epoꝝ ſi poſt receſſum ab ap
pellatõe in electõe interpoſita:ꝓcedunt
in negocio electõis.niſi prius inquirãt
an prauitas interuenerit hmõi receſſui.
de electionib⁹.c.Prouida.li.vj.

Suſpenſus eſt epiſcopus a collatõe ordi
num ꝑ annũ q̇ ſine licẽtia ordinat alienũ
clericũ.de tp̄i.or.c.Eos qui.li.vj.ſ.Or
dinari nõ debẽt.

Suſpenſus eſt epiſcopus vel q̇cunqꝫ ali-
us a collatõe tonſure ꝑ annũ q̇ infanti vł
illitterato vel alieno ſubdito aut ꝯiuga-
to.niſi ad ſacros ordines ꝓcedere vł re-
ligionẽ intrare velit:tonſurã clericalem
contulerit.e.c.Nullus.li.vj.

.§.v.

Suſpenſus eſt ab executione ordinis ſic
ſuſcepti ordinatus ab alieno epo.vt.ſ.
Suſpendend⁹.Et.ſ.Ordinari nõ de-
bent.Et.ſ.§.j.

Suſpenſus eſt ab executõe ordinũ ⁊ pro
motione vlteriori ordinatus ad alienuꝫ
titulũ.ſ.Ordinatus ad alienũ.

Suſpenſus eſt clericus ab executõe ordi
nũ qui citramontan⁹ ab italico ſine licẽ
tia ordinat.ſ.Eps italie.

Suſpenſus eſt ab executiõe ordinũ ordi
natus a ſuſpenſo.ſ.Ordinatus ſcient.

Suſpenſus eſt ordinans indebito tẽpo-
re a collatõe.⁊ ſic ordinatus ab executi-
one ordinũ.ſ.Ordinãs tp̄e indebito.

Suſpenſus eſt ab executiõe ordinũ in a-
poſtaſia ordinatus.ſ.Ordinatus i apo-
ſtaſia.

Suſpenſus eſt ab ordinum ſuſceptõne ⁊
ordinum ſuſceptorũ executõe furtiue or
dinatus.ſ.Ordinatus furtiue.

Suſpenſus eſt ab executione ordinũ plu
res ordines recipiens ꝯtinuato ieiunio
ſupra.Ordines pl'es.⁊ ſeq̃n.

.§.vj.

Suſpenſus eſt ab ingreſſu eccleſie iudex
eccleſiaſticus ſententiam indebite profe
rens.ſ.Excõicatio.§.ij.

Suſpẽſi ſunt ab ingreſſu eccleſie epiſco-
pi ⁊ abbates quocunqꝫ titulo alienãtes
vel alienatas recipientes res eccleſie:p̄-
terqꝫ in caſibus a iure ꝑmiſſis.Et ſi hu-
iuſmodi interdictum idurati per ſex mẽ
ſes continuos ſuſtinent:a regimie ⁊ am
miniſtratione ſuarũ eccleſiarum ſunt eo
ip̄o ſuſpenſi.Aliorum vero inferiorũ ec-
cleſiaſtica beneficia ip̄o facto vacant.et
poſſunt a collatorib⁹ alijs conferri.predi
ctis priuatis.niſi ip̄a eſſent alias ſedi a-
poſtolice reſeruata.Et bona alienata ...

bere reuertant ad eccleſiã priorem. Ex-
traua. Pauli ſecũdi. q̃ incipit. Ambicio-
ſe cupiditati. Data rome apud ſcm̃ mar
cum. anno dñi. Mcccclxvij. Pontifica-
tus nr̃i anno quarto. Sunt nihilominꝰ
tã alienãtes clerici q̃ʒ illud nõ reuelãtes
alias ſuſpẽſi a pceptõe bñficioꝝ. s̃. Bõa
imobilia. s̃. §. ij. habet de ſuſpẽſione pla-
toꝝ alienantiũ. s̃. Excõicatio. §. xvj. cir
ca finem.

Suſpenſus ab ingreſſu eccleſie eſt iiuſto
ordine excõicans. s̃. Excõicatio. §. vj

Suſpẽſi ſunt ab ingreſſu eccl'ie celebran-
tes ſcient in loco interdicto. Simil'r ſu-
ſpenſi ſunt ab ingreſſu eccl'ie celebrantes
vel admittẽtes ad diuina vel ſepulturã
excõicatos vel interdictos. s̃. Intdictꝰ
eſt ingreſſus.

Suſpẽſi ſunt ab ingreſſu eccl'ie p̃lati ſine
priuilegio vl' p̃ſcripta ꝯſuetudine: bona
eccleſie vacãtis occupantes vl' ſibi vſur
pantes. de offi. or. in. c. Pñti. li. vj. infra.
Vacantium eccl'iarũ.

Suſpenſi ſunt ab ingreſſu eccl'e archiep̃i
et epiſcopi pcurationẽ pecuniariã exigẽ
tes vel oblatã rõne viſitatõnis recipien
tes. Ipi aũt famuli. aut q̃litercunq̃ʒ alia
munera p̃ter victualia vel ſi viſitatiõis
officio nõ impenſo pcuratione victuali-
um aut aliud rõne viſitatõis receperint
niſi in menſe duplũ reſtituerint: inferio-
res vero officio ꝛ beneficio ſunt ſuſpen-
ſi donec recepta reſtituerint. de cenſibꝫ ꝛ
exactioni. c. Romanam. c. Exigit. li. ſex-
to. Hodie tamẽ poſſunt p victualibꝫ pe-
cuniã recipere. dummõ pro vna die vni
cam tm̃ pcurationẽ recipiant. ꝛ illi libe-
re dare velint. e. c. Felicis. li. vj. ĩfra. Vi-
ſitatores.

Suſpenſi ſunt ab executiõe officij epiſco
pi in alienatõibꝫ bonoꝝ eccleſie non rite
procedentes. s̃. Excõicatio. §. xvj.

Suſpenſus eſt ab omni actu legitimo ex
cõmunicatꝰ maiori excõicatõe. extra de
ſen. ex. c. Solet. §. finali

Suſpenſi ſunt ſimoniace ordinati ab exe
cutione ſuoꝝ ordinũ. s̃. Excommunica
tio. §. xxix.

.§. vij.

Suſpenſus eſt a collatõe hmõi p ſex mẽ-
ſes qui doctoratuʒ vel magiſteriũ alicui
conferens: ſi nõ p̃us ab eo iuramentũ re-
cipit q̄ in ſua ſolennitate nõ expẽdat vl
tra tria milia turonũ argenteoꝝ. de ma-
giſtris. c. Cum ſit nimis. in clemen.

Suſpenſi ſunt monachi p̃lati a collatiõe
aliij ab amminiſtratiõe beneficioꝝ q̃ bñt
et qui nõ habent a ꝓſecutiõe p annũ qui
vtunt ſotularibꝫ caputijs ꝛ hmõi ibi phi
bitis. de ſtatu mona. c. Ne in agro. in cle
men. s̃. Mõachis nigris.

.§. viij.

Suſpenſi ſunt a conſecutõe beneficioruʒ
inferiores ep̃is ꝛ abbatibꝫ: alienãtes bo-
na eccl'ie. vel alienatõem non reuelãtes.
s̃. Bona imobilia. Et nihilominꝰ habi
ta beneficia eoꝝ eoip̃o vacant. s̃. §. vj. ſu
ſpenſi ſunt. Et vide. s̃. §. iij. j. Suſpenſi
ſunt clerici beneficiati.

Suſpenſi ſunt p̃lati eccl'iaſtici p trienniũ
a perceptõe fructuũ ſuoꝝ beneficioꝝ vl-
tra penã excõicatõis quã incurrũt. In-
feriores vero ſũt eoip̃o ſuis beneficijs p̃-
uati. q̃ procurant capi viros eccl'iaſticos
vt renunciẽt ſuis beneficijs. vel vt citati
nõ veniant ad curiã. de penis. c. Multo-
rũ. in clemẽ. Eãdẽ penã incurrunt citati
qui ſe capi pcurãt. e. §. Illis. Et dicta re
ſignatio nõ valet. e. §. Sane. s̃. Excom-
municatio. §. xiij. Et vide. s̃. Suſpẽſi ex
cõmunicati. §. ij.

Suſpenſi ſunt clerici beneficiati a perce-
ptione fructuũ ſex menſibꝫ: nõ beneficia
ti a cõſecutiõe beneficioꝝ. vtẽtes veſtibꝫ
ineptis. s̃. Clerici bñficiati.

Suſpenſi ſunt ab bñficio opponẽtes ꝯ p
ſonam electi ꝛ nõ pbantes. s̃. Appellãtes
contra electionẽ.

.§. ix.

Suſpenſus eſt triẽnio a beneficijſ qui de
fecerit in proba obiectionis ꝯtra pſonaʒ
electi vel poſtulati. Et ſi illis beneficijs
ſe in hoc triennio ingeſſerit: erit ip̃o iure
eis ppetuo p̃uatus. niſi legitime cõſtite-
rit q̄ calũnioſus ñ fuerit. De ele. c. Sta
tuimus. li. vj.

Suſpẽſi ſũt cõpromiſſarij p trienniũ a be
neficijs: ſi ſciẽter indignũ ep̃m elegerint
ſupra. Cõpromiſſariꝰ ſi ſcient.

Suſpẽſi ſũt a bñficijs obtẽtis q̃ culpabi-
les inueniunt ita q̄ electio ĩfra octo dieſ
electo nõ pñtet. ꝛ durat ſuſpẽſio triẽnio

ꝛ

ſtra quod ſi ſe temerarie de illis bñficijs ingerũt: ſunt eis ꝑpetuo priuati. de elec. cap. Cupientes. li. vj.

Suſpenſus eſt clericus recipiẽs eccleſiã: vel decimas de manu laici. ſ. Eccleſias vel decimã. Et. j.

Suſpenſus eſt ab ordine ꝛ dignitate ſciſma ſeruare iurãs. extra de ſciſma. c. j.

Suſpenſi ſunt monachi ſubditi a bñficio excedẽtes in ꝯuerſatione eis ꝑſcripta. ſ. §. vij. ſ. Monachis nigris.

Suſpenſi ſunt clerici beneficiati in locis vbi patroni vel quouis noĩe cenſeantur bona eccliaꝝ vel monaſterioꝝ ipoꝝ occupant: ſi illi ſe nõ eis opponunt. ꝛ a perceptione fructuũ beneficioꝝ ſuſpenſi ſũt illi. de ele. c. Generali. §. Illos. li. vj.

Suſpenſi ſũt a ꝑceptione fructuũ beneficioꝝ per trienniũ electores nõ mittẽtes vel eũtes in tempore ad curiam. vel non petentes confirmationẽ a papa. vel non proſequentes negociũ electionis ad papam deuolutum. Similiter ꝛ opponentes. ſ. Electio cathedralis.

Suſpenſi ſunt a beneficijs procurantes capi virum eccleſiaſticum. ſ. viij. §. Suſpenſi ſunt prelati.

Suſpenſi ſunt a diſtributõib⁹ qui habentes dignitates ꝑſonatũ vel prebendam cui ſacri ordines ſunt annexi: niſi ĩfra annum ſe fecerint ordinari. de eta. ꝛ qua. c. Ut hij. in clemẽ.

Suſpenſi ſunt omnes ſimoniace ꝓmoti: vl' electi ab eiſdem a beneficijs: imo nullum ius in illis habẽt. cetera. ſ. Excommunicatio. §. xxix. Et a dignitate ꝛ executione officiorum ſic acq̃ſitoꝝ. i. ab officio ꝛ beneficio.

.§. x.

Suſpenſi ſunt ab officio ꝛ beneficio pro viſitatione pecuniã exigentes. vt. ſ. §. vj

Suſpenſi ſunt ab officijs ꝛ beneficijs occupantes bona eccleſie vacantis: donec reſtituant. de ele. c. Quia ſepe. li. vj. ĩfra. Vacantis ꝛ ſe.

Suſpenſus eſt ab officio et beneficio vſq₃ dum ſatiſfecerit qui bona vacantium dignitatũ occupare ꝛ in ꝓprios vſus cõuertere ꝑſumpſerit. de offi. ordi. ca. Preſenti. li. vj.

Suſpenſus eſt ab officio ꝛ beneficio bñdicens ſecũdas nuptias. ꝛ a papa abſoluendus. extra de ſecũdis nuptijs. c. j.

Suſpenſus ab officio ꝛ beneficio eſt. id ẽ ab ordine ꝛ dignitate qui ſponte iurauerit tenere ſciſma. extra de ſciſma. c. j.

Suſpenſus eſt ab officio ꝛ beneficio ſepulture raptoris aſſiſtens vel eius oblationes recipiens. ſ. Raptor vel violator

Suſpenſus eſt ab officio ꝛ beneficio qui eccleſiã alienis debitis grauat: vel litteras aut ſigillum ad hoc vñ grauari poſſit cõcedit. extra de ſolutio. c. Si quoꝝ.

Suſpenſi ſunt ſimoniace electi ſiue ꝓmoti ab eiſdem officijs et dignitatib⁹ ac beneficijs: nullum ius in eis habẽtes. Supra. Excõicatio. xxix.

Suſpenſi ſunt religioſi decimas fraudãtes: ab adminiſtratione beneficioꝝ ꝛ officiorum: ſi habent ammiſtrationẽ. ſ. Excõicatio. §. xxij.

.§. xj.

Suſpenſus ab officio pro crimine ſi celebret. ſ. cõtumaciter. excõicetur. extra de clerico excõ. c. Si quis.

Suſpenſi vel excõmunicati diuina celebrantes ꝑpetue depoſitõis ſniam incurrunt. extra. e. c. Clerici. c. Latores.

Suſpenſus ab aliquo actu ordinis alluꝫ exercendo irregularis efficitur. xj. q. iij. Si quis epiſcopus. j. ꝛ. ij. Et. j.

Suſpenſus in aliquo predictoꝝ caſuum ſi durante ſuſpenſione ſe diuinis ingeſſerit: irregularis efficitur: a ſolo papa abſoluendus. de ſenten. ꝛ re. c. Cum eterni libro ſexto. de ſenten. excõ. cap. Cuꝫ medicinalis. §. Caueant. libro ſexto. ſ. Excõmunicationis. ſuſpẽſionis.

Suſpenſi ꝛ interdicti non pñt eligi nec eligere. extra de conſuetudi. c. Cum dilectus. extra de electio. c. Cum inter. R. Et gloſa extra de appellatio. ca. Conſtitutis. ꝑmo.

Suſpenſus manẽs pertinaciter per trieñium debet beneficijs ꝑuari. extra de etate ꝛ quali. c. Cum bone.

Suſpenſionis. excõmunicationis. et interdicti ſententie iudicantur pares. de ſen. excom. ca. Cum ſit medicinalis. li. vj. et in gloſa. e. §. Si quis. ꝟ. Obſuari.

Suſpẽſionis ꝛ interdicti ſententiã epi et eis ſuperiores non incurrunt niſi de eis

fiat ſpecialis mentio. de electioni. c. Si
compromiſſarius. libro ſexto. de ſenten.
excom. c. Quia periculoſum. li. vj.

·§. xij.

Suſpenſus eligere nõ poteſt nec eligi. et
ſi eligit: non valet electio. extra de electi.
ca. Cum inter. R. Similiter nec valet
ſi eligitur. ⁊ intelligitur de ſuſpẽſo ab ho
mine. extra de conſuetu. cap̃. Cum dile⸗
ctus filius. iuncta gloſa.

Suſpenſus vel excõmunicatus põt dice
re horas in modum priuati ſuffragij: nõ
officiando q̃ſi in ordine ſuo. glo. extra ꝺ
clerico excom. ca. Si quis preſbyter. ꝟ.
Preſumpſit.

Suſpenſus ab officio intelligitur etiam
ſuſpenſus a beneficio. dummodo ſit ſu⸗
ſpenſus pro magna cauſa. Uel ſi ſuſpen
ſus contemnat ſuſpenſionem. Secus ſi
pro leui cauſa. vt propter infamiã vl'ſcã
dalum. niſi aliud pro vel contra in ſentẽ
tia iuris vel hominis exprimatᷣ. Gloſa ꝺ
penis. c. Cupiẽtes. in clemẽtinis. verbi.
Suſpenſi. ad finem. Et ibi plura ꝺ hac
materia.

Suſpenſus eſt ab officio duobꝫ menſibꝫ:
epiſcopus nõ cõuocans abbates et cleri
cos. Et infra ſex menſes eis acta cõcilij
celebrati non referens. diſtin. xviij. ca. vl
timo.

Suſpẽſus eſt epiſcopus per annum a ce
lebratõne miſſe: ſi ſcienter ordinet ſolen⸗
niter penitentẽ. diſtin. lv. Nullus. Item
ſi ordinet aliquem inuitum. diſ. lxxiiij. c.
primo ⁊ ſecũdo.

·§. xiij.

Suſpenſus eſt ab executõne ordinis qui
ordinatur ab excõmunicato. Nam talis
ſuſpenſus ⁊ priuatus eſt collatione ordi
num. et ſi de facto ordines confert: nõ ta
men confert executionẽ: quã nec ipſe ha⸗
bet. j. q. j. Gratia. ca. Statuimus. q. vij
Daibertũ. Similiter ordinatus ab he⸗
retico eadem ratõne. j. q. vij. Daibertuꝫ
extra de ordinatis ab ep. qui re. c. j. i glo
ſa. Similiter ordinati a degradato. q̃a
tales non conferunt executõnẽ. j. q. j. Oꝫ
quidã. §. Opponitᷣ. ſilr ordiatus ab epi⸗
ſcopo qui reſignauit epiſcopatui. qꝛ ipſe
non poteſt conferre executionem quã nõ
habet. j. q. j. Statuimus. Et oportet di

ſpenſari. extra de ordinatis ab epiſco. q̃
renũ. c. j. Unde heretici excõmunicati ſi
moniaci in ordie. ſciſmatici. depoſiti. ſu⸗
ſpenſi. interdicti. degradati. ſunt ſuſpen
ſi ⁊ priuati collatiõe ſacramentorum. et
ſi de facto conferunt ſacramenta in for⸗
ma eccleſie: rata ſunt ipa. diſtin. xiij. Se
cundum. ij. q. j. Dominus declinabat. c.
Oꝫ quidam. de cõſecra. diſtin. iiij. Oſtẽ⸗
ditur. cap̃. Quando. Sicut ordinatões
eorum ſunt rate: quo ad caracterem. ſed
irrite quo ad executionẽ. j. q. j. Si qui a
ſimoniacis. Extra de ſciſmaticis. cap̃. j.
